Quis igitur non exspectet addi simile quid ut "vivite Menalcae quondam mea pascua valles". Quod si hac opinione non fallor, habebimus trium ultimarum prioris carminis stropharum versus, exceptis intercalaribus, 3. 5. 4.

Alterius carminis hae feruntur ultimae strophae:

has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena
ipse dedit Moeris: nascuntur plurima Ponto.
his ego saepe lupum fieri et se condere silvis
Moerin, saepe animas imis excire sepulcris
atque satas alio vidi traducere messis.
  ducite ab urbe domum, mea carmina ducite Daphnin.
fer cineres Amarylli foras, rivoque fluenti
transque caput iace, nec respexeris. his ego Daphnin
adgrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
  ducite ab urbe domum, mea carmina ducite Daphnin.
adspice: corripuit tremulis altaria flammis
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum sit.
nescio quid certe est: et Hylax in limine latrat.
credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?
  parcite, ab urbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

Incipiam ab ultima stropha. Ad v. 107. in commentariis Servio adscriptis duplex prostat interpretatio, una "in loco ubi amati vestes obruerat", quam patet hominis esse tam stupidi ut non senserit canem defossas vestes allatrantem non praesentiam indicare domini; altera vera "canis enim latrans prae gaudio domini demonstrat adventum". Tum vero absurde quaerit mulier, "credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt": iam enim omnis ei dubitatio exempta est latratu canis. Omninoque qui finem prioris carminis comparaverit, v. 59. 60, videbit necessario finiri alterum carmen versu 107. Quod si versus 108. nec stare quo loco legitur, nec, quoniam a Donato aliisque auctoribus agnitus est, deleri potest, quonam transferendus erit? Num inter v. 106. et 107. hoc modo:

. bonum sit.
credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?
nescio quid certe est: et Hylax in limine latrat.

Fortasse: quamquam displicere mihi fateor illud "nescio quid certe est," quod non videtur idem esse ac si dicat "aliquid certe est." Credam ego sic potius poetam scripsisse:

credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?
adspice: corripuit tremulis altaria flammis
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum fit
nescio quid. certe est: et Hylax in limine latrat.

Videns mulier sponte ignem ex cinere emicare, spem fausti eventus concipit, sed tamen ut nesciat ratane an irrita sit futura: sed diffundi flammas animadvertens ancillam quoque adspicere prodigium iubet, magisque confirmata exclamat "bonum fit nescio quid", nec iam dubitans de adventu viri, "certe est" Daphnis, inquit, latratu canis in limine monita.

Pergo ad stropham proximam. Efferre mulier iubet ancillam cineres. Sed quid est quod addit "his ego Daphnin aggrediar?" Num his cineribus, eorumque trans caput abiectione in fluentem rivum? Pertinent haec quidem ad ritus huius magici sacri, sed sunt eius ultima tantum pars, eaque valde exigua. Esto autem ut isto "his" omnia rite perpetrata comprehenderit, cur adiicit, "nihil ille deos, nil carmina curat?" Quorum quum haec debeat sententia esse, tam parum illum deos et carmina curare, ut tali sit vi aggrediendus cui resistere nequeat, requirimus ut id ipsum dicatur. Et dictum est quidem, sed non suo loco, in ea stropha quae hanc praecedit. Ex quo consequitur illam stropham, h. e. v. 94—100. post hanc collocatam fuisse, ut, quum dixisset mulier "his ego Daphnin aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat", perrexerit "has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena ipse dedit Moeris", et quae sequuntur. Sic constitutis his strophis eosdem quos in priore carmine numeros habemus, 3. 5. 4. Nihil autem facilius accidit scribenti quam ut in ordine stropharum versum intercalarem habentium erret. Sic in codice Menagiano primo versus 105. 106. inserti sunt post v. 73.

6. Haec stropha quum uno versu brevior sit quam tres illae

quae eam sequuntur, dubium est quo ille loco positus fuerit, quum ad sententiam nihil desit. Non est enim veri simile, ut hae quattuor strophae, quamvis iusta proportione, hos versuum numeros habuerint, 9. 10. 9. 10, cuiusmodi exemplum facile probari potest in tali numerorum diversitate, cuius rationem auditores statim perspiciunt, ut 2. 3. 2. 3. vel 6. 10 6. 10, non item, si in maiore numero tantillum est discrimen, ut vereantur audientes ne erraverit cantor. Propterea lacunam notavi, et quidem post primum versum strophae, ex quo suspicari licet, alterum versum talem fuisse:

αἰάζουσιν Ἔρωτες, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.

8. Libri ἐπ' ὤρεσιν. Ameisius ἐν ὤρεσιν, ut ego scripseram. Aliud est ἐπ' ὤρεσιν, ut de nubibus Iliad. V. 522.

ἅς τε Κρονίων
νηνεμίης ἔστησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν.

9. Libri λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς. "Utinam Bion non ita scripsisset" exclamabat Heskinus, laudandus quod sensit quam ineptum sit tale acumen. At non scripsit ita Bio, sed ad λευκόν adnotata diversa scriptura λευκῷ fecit ut repetitum μηρόν omitteretur. Lex est rhetorica ut iterato nomini praedicatum adiiciatur, quo cur iteretur appareat. Sic v. 42. μεῖνον Ἄδωνι, δύςποτμε μεῖνον Ἄδωνι. Sed exemplis non opus ubi ipsa ratio verum monstrat.

13. C. R. edd. vett. ἀποίσει. Ursinus dedit ἀφήσει.

19. Perinepte scribebatur κεῖνον μὲν περὶ παῖδα φίλοι κύνες ὠδύραντο, atque ineptius etiam v. 24. καὶ παῖδα καλεῦσα. Utroque loco πολλά reponendum esse dixi in censura editionis Meinekianae, quae est in Diurnis antiquariis a. 1837. n. 27. 28. In fine versus C. ὀδύραντο. R. et Iuntina ὠδύραντο. Callierges nescio an ex coniectura et Ursinus ὠρύσαντο. Quum hic praesens tempus requiratur, posui ὠρύονται.

22. Libri νήπλεκτος. Recepi νήπεπλος, unam de Th. Bergkii coniecturis. Pindarus Nem. I. 74. de Alcmena, ποσσὶν ἄπεπλος ὀρούσαισ' ἀπὸ στρωμνᾶς, ut unum de multis exemplis afferam.

23. In exemplo Iuntinae, quod Lipsiae in bibliotheca urbica est, ad χείροντι ex codice τ sub χ littera adscriptum.

25. Schneidewinus in Coniectan. crit. p. 168. γοόωσα scri-

bendum putabat, sed παῖδα καλεῦσα contra quam ferri potest interpretabatur.

33. Im. αἰωρεῖτο, ἐκρέματο. Si hic versus versum 25. exciperet, ut in libris est, νίν dictum esset de Venere. Non animadverterunt critici excidisse hic aliquot versus, quibus narratum erat quo modo invenisset Venus moribundum Adonin. Exciderunt autem septem versus, quorum primus fuerat intercalaris, quem restitui.

34. Nihili vocabulum ὑπόμαζοι correxi in censura editionis Meinekianae. Eodem modo Lobeckius in Paralipomenis p. 384, sed ut ὑπεφοινίσσοντο dici putaret, non φοίνισσοντο ὑπὸ τοῦ αἵματος.

40. Scribebatur καὶ αἱ δρύες αἳ τὸν Ἄδωνιν. Quod nemo non videat, scripsisse poetam καὶ αἶ δρύες αἶ τὸν Ἄδωνιν, h. e. καὶ αἰαῖ δρύες, viderat etiam Bergkius, sed, ut Ameisius refert, postea improbavit, ambo non recte interpretati mentem Lobeckii ad Aiacis v. 370.

41. κλαίοντι pro vulgato κλαίουσι Brunckius.

43. Iunt. ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθαίνεται. Im. ut vulgo ἐρυθραίνεται. Rubescentes prae dolore flores qui defendi putarunt eo, quod Theocritum XX. 15.

ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα,
καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὤλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσᾳ,

et Moschus III. 5.

νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμῶναι

dixerint, non cogitarunt apud Theocritum describi hominem irascentem, Moschum autem addidisse τὰ πένθιμα, ut significaret "quo estis rubro colore, is facite ut languescat." Scripsi ῥυσαίνεται, rugantur. Eo verbo usus Nicander Alex. 78.

44. Legebatur καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει, in quo manifesta est mali emendatoris manus. Aldinae mendosum in quibusdam exemplaribus folium habet cum vacuo spatio πάντας ἀνακναμωσ' ἀνάπαλιν ἀπό ἀείδει. Inde Wakefieldius ἀνὰ πᾶν νάπος, recte simul et non recte. Debebat scribere πᾶν ἂν νάπος. Αὔτεῖ Luzacio debetur.

45. 46. Hi versus inverso ordine in libris scripti sunt. Transpositi sunt a scribis non intelligentibus coniungenda esse

ἁ δὲ Κυθήρα ἀΰτεῖ "ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις", illa autem, ἀχὼ δ' ἀντεβόασεν ut parenthesin ad idem illud ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις referendam esse interposita.

47. Scriptum erat Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἂν αἶ αἶ. In Aldinae mendoso folio non est ἄν, nec sane debebat poni vocula quae debilitaret sententiam. Male etiam αἰαῖ collocatum erat in fine sententiae: unde quidam signo interrogandi post ἔκλαυσεν ἄν interpunxerunt. Apertum est dici, "quis non his vocibus αἰαῖ Venerem flevit."

50. Legebatur πάχεας ἀμπετάσασα. Correxi apertum vitium.

52. Im. γρ. περιπτήξω.

53. Ameisius τόδ' αὖ πύματον. Hoc si dicere voluisset Bio, curasset credo ut τόδε sub ictum rhythmicum caderet.

56. Libri ἀμέλξω. V. D. apud Valckenarium ἀμέρξω.

60. Libri καὶ στυγνὸν βασιλῆα. Scribendum erat quod posui. Sic etiam Ameisius. Moschus I. 14.

βάλλει κεὶς Ἀχέροντα καὶ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα.

Sophocles Electrae v. 183.

οὐδ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων.

62. Libri ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ πολλὸν ἐμεῦ κρείσσων. Non apparet quid opus fuerit αὐτά dici: neque hic quidem Venus dicere poterat αὐτᾶς ἐμεῦ, quum dolore afflicta sit fractamque suam potentiam esse sentiat. Sententia poscit ἔμπας, quod posui.

66. Non debebat πόθος suspectum esse, quod est de amore dictum, ut III. 11, referturque ad τριπόθατε.

69. Legebatur καλὸς ἐὼν τοσσοῦτον ἔμηνας θηρσὶ παλαίειν. Call. ἔμεινας. Brunckius male ἔμεινας, sed videns tamen scribi posse ἐμήναο, quod recte probavit Schaeferus. Media verbi forma et Homerus Iliad. VI. 160. et Moschus VI. 2. aliique usi. Praeterea concinnitas scribi iubebat τί τοσοῦτον, ut in praecedente versu.

70. Scriptum erat ἐπαιάζουσιν socordia scribarum.

72 Call. Urs. τόσον ἐγχέει: ceteri libri τόσσον ἐγχέει. Recte Valckenarius ex Dorvillii sententia in Misc. Obss. IV. p. 367. τόσσον χέει: id enim non solum sequente αἷμα χέει, sed etiam usu firmatur. Ἐκχεῖν δάκρυα dicitur de lacrimis, quae invito

excitatae prorumpunt, ut apud Platonem Conviv. p. 215. E. et inde apud Plutarchum Alcib. c. 6.

73. Libri πάντα, quod Valckenarium recte in πακτά mutatum voluisse etiam ποτὶ χθονὶ indicio est.

74. Delevi versum intercalarem qui post v. 74. in libris est, αἰάζω τὸν Ἄδωνιν (C. Ἔρωτα)· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις. Ineptus est hic, ubi sequuntur quae consolandae Veneri sint.

75. Vulgo μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο Κύπρι. Brunckius, ut Iuntina, ἐνὶ δρυμοῖς τεὸν ἀνέρα.

76. Luzacius ἁπαλά. Libri ἀγαθά. Call. Urs. στιβὰς ἑτοίμα.

77. Legebatur λέκτρον ἔχει Κυθέρεια τὸ σὸν τόδε νεκρὸς Ἄδωνις. Iuntina ἔχ' ἓν: eadem et Call. τὸ σόν. τὸ δὲ. C. R. σὺ δὲ. C. Ἄδωνι. Recepi ἔχ' ἕν. Declarat rem Theocritus XV. 137.

ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.

Tum etiam optimorum librorum scripturas σὺ δὲ νεκρὸς Ἄδωνι recipiendas fuisse, neglectumque esse a veteri scriba integrum versum, oculis a τόδε ad σὺ δέ in sequente versu positum aberrantibus, etiam ἐσσί in illo versu docet.

79. Vulgo καλός ἐστι. C. R. καλός ἐσσι.

80. Edd. vett. κάτθεο καὶ μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσιν οἱ ἐνίαυεν. Cod. Paris. νιν pro καί. Briggsius οἷς ἐνιαύων.

81. Legebatur τοῖς μετὰ σεῦ ἀνὰ νύκτα τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμόχθει. Apertum est aut οἷς ἐνίαυεν, οἷς μετὰ σεῦ aut τοῖς ἐνίαυεν, τοῖς μετὰ σεῦ scribere poetam debuisse. Ad explicandum ἐμόχθει vix credibile est adhiberi potuisse illud Horatii III. carm. I. 19.

destrictus ensis cui super impia
cervice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt soporem.

Cod. Paris. ἐμόχθη. Hinc ἐμίχθη scripsi.

82. Legebatur πόθει καὶ στυγνὸν Ἄδωνιν. Im. ποθεῖ. ὁ κλιντήρ. C. τὸν pro καί. Scribi debebat ποθεῖ δὲ στυγνὸς Ἄδωνιν.

83. Sic Wassenberghius correxit librorum scripturam βάλλε δ' ἐνὶ στεφάνοισι.

84. Sertis et floribus commemoratis perinepte adiungitur πάντα σὺν αὐτῷ ὡς τῆνος τέθνακε καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη,

non addito nomine ad prius πάντα. Nec sic scripsit poeta doctissimus, sed scribae negligentia omissus est versus, ut

πάντα σὺν αὐτῷ,
ὡς τῆνος τέθνακεν, ἐν ὤρεσι καὶ κατὰ κᾶπον
δένδρεα φυλλορόησε καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.

Ea caussa lacunas notavi.

86. Legebatur ῥαῖνε δέ μιν μύρτοισιν (Call. Urs. μύροισιν) ἀλείφασι. Cod. Par. et Im. καλοῖσιν, quod stulti correctoris est. Emendationem Ruhnkenii firmat Theocritus XV. 113.

πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι πεφυλαγμένοι ἐν ταλάρισκοις
ἀργυρέοις, Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα.

Sed haud facile quis credat, quum modo adspergere unguentis Adonin iussa esset Venus, statim additum fuisse ὀλλύσθω μύρα πάντα, quasi significaretur rem vilem esse unguenta. Nihil offensionis esset, si scripsisset ἐκχείσθω μύρα πάντα. Sed recte se habere ὀλλύσθω arguit illud, τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις. Quare hic quoque non dubito quin versus exciderit quo haec apte coniungerentur, ut

μὴ φείσῃ προχέοισα· τί σοι δύσποτμε μύρων δεῖ;

92. Legebatur ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαιν', ὃς δ' εὔπτερον ἄγε φαρέτραν. Iunt. ἔκαιν' ὃς δὲ πτερὸν ὃς δὲ φαρέτρην. C. ὡς δ' εὔπτερον αὖ γε. Meinekio sententia postulare videbatur ἆξε, quod probabat Lobeckius ad Buttmanni grammat. II. p. 98. Recepit Ameisius. At non frangunt Amores arma Adonidis, sed ornant iis cubile, in quo ille iacet, acclinato arcu, pharetra autem suspensa. Quare scripsi ὃς δ' ἔπι τόξον ἔκλινεν, ὃ δ' εὔπτερον ἆπτε φαρέτραν.

93. Scribebatur ὃς δὲ λέβησι χρυσείοις φορέησιν ὕδωρ. Errabat Buttmannus in gramm. Gr. I. p. 516. φορέησιν et apud Theocritum κρίνησι XXV. 46. pro indicativis ferens. Apud Theocritum aliquot codices veram scripturam κρίνουσι praebent. Apud Bionem φορέουσι scribendum esse non solum φορέοισιν, quod in C. est, sed etiam res ipsa docet. Pelvim non unum Amorem, sed duos tresve afferre dicit poeta. Ineptissimum enim λέβησι χρυσείοις recte remotum est in Iuntina, quae habet ὃς δὲ λέβητι χρυσείῳ φορέησιν ὕδωρ.

96. Libri αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν. Correxit Lennepius ad Coluthum III. c. 9.

99. Pessime libri Ὑμὰν οὐκ ἔτ' ἀειδόμενον μέλος ᾄδεται αἲ αἴ. Ut ego emendavi, etiam Ameisius. C. ὕμε' οὐκέτ' ἀειδόνεος μέλος ἅλλεται. Etiam R. Ald. Iunt. ἅλλεται.

101. Vulgo τῷ Κινύραο. Vulcanius edidit τὸν Κινύραο.

102. Post hunc versum restitui qui omissus erat versum intercalarem.

104. Haec Callierges sic scripta dedit αὐταὶ δ' ὀξὺ λέγοντι πολὺ πλέον ἢ τὺ διώνα. καὶ μοῖραι τὸν ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν ἄδωνιν καί μιν ἐπαείδουσι, ὁ δέ σφισιν οὐκ ἐπακούει. Iunt. αὐταὶ δέξο λέγοντι. C. δόξο. Vulcanius recte scripsit Μοῖσαι. Scripsi ut sententia postulabat, αὐταὶ δ' ὀξύτονόν τι et ταὶ Μοῖσαι. Mirum est non solum coniici, sed etiam coniectum probari a quoquam potuisse καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνιν καλὸν ἐπαείδουσιν et καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν· Ἄδωνιν αἱ μὲν ἀνακλαίουσιν. Quae sequuntur ostendunt Musas, similiter ut Venus supra v. 42. μεῖνον Ἄδωνι et v. 45. ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι dixit, vocare eum ut aut rediturum aut mansurum in vita: quare scripsi Ἄδωνι πάρμεν' ἐπαείδουσαι.

107. C. ἀπολήγει.

## II.

Primus hos versus edidit Fulvius Ursinus post carmina novem feminarum Antwerpiae a. 1568. p. 240. ex duobus codicibus. Exhibuit sic ut emendandos putabat Lennepius ad Coluthum III. c. 10. Aliter Brunckius in Analectis I. p. 390. nulla cum adnotatione.

2. Brunckius γλυκύμυθον.

3. Sic Brunckius. Libri ἐπ' ἠϊόνι Γαλατείᾳ.

4. Brunckius κῆμοὶ pro κῆν μοι.

5. Vulgo Σκύριον Λυκίδα ζαλῶν μέλος ἀδὺν ἔρωτα. Lennepius ὦ Λυκίδα ζαλῶ. C. 10. Vat. 11. apud Sanctamandum μένος ἀδύς. Scribendum erat ζατῶ, quod etiam Ameisio placuit.

7. Legebatur πῶς παῖς ἕσσατο φᾶρος, ὅπως δὲ ἐγεύσατο μορφάν. Canterus ἐψεύσατο. Prior pars versus inepta: nam πέπλος commune viris et feminis vestimentum fuisse multis

exemplis testimonioque Pollucis VI. 48. constat. Scripsi πῶς πεδαμεύσατο φᾶρος.

8. Legebatur κῆν ὅπως et ἀπαλέγοισα αηδηνη τ' ἀπαστόν. C. et 10. ἀηδήνηα τὰ παστόν. Vat. 11. ἀειδήνηα τὰ παστόν. Litterae v. 9, si prima versus syllaba perierat, praebere videntur λειανματαπαστον. Hinc posui quod potuisse certe scribi a poeta Graeco concedetur: χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ὤπτ' ἀλέγοισα θήλειαν μετάπλαστον 'Αχιλλέα Δηϊδάμεια. Non credo enim in vocabulo corrupto nomen latere quo inter virgines appellatus fuerit Achilles. Pyrrham vocatum esse ait Hyginus fab. 96. Κερκυσέραν, quod Κερκεσύραν scribendum videtur, ab Aristonico Tarentino proditum memorat Ptolemaeus Hephaestio in Photii bibliotheca p. 147. a. 19.

14. Legebatur φέρων δισὶν ἀνὰν ἄρνα. Bentleius δύστανον Ἄρηα. Scribendum erat etiam φυγών.

17. Scriptum erat παρθενικὸν κόρον εἶχεν. Correxi παρθενικὰν κρόκ' ἀνεῖχεν, recepitque Ameisius. V. Hesiodi Ἔργα 536. Similia Statius Achill. I. 581. seqq.

19. Correxit vulgatum παρειῆς Salmasius.

21. Libri θυμὸν δ' Ἄρεος εἶχε. Correxit Lennepius.

24. Libri στόμ' ἀνά. Emendavit Scaliger. Deinde legebatur τὰ δ' ἀδέα δάκρυ' ἐπήνει. Scripsi δείκαν' ἐπήνει. Etym. M. p. 260, 43. δείκανα, τὰ ποικίλα ὑφάσματα καὶ μορφὰς ἔχοντα. Et Hesychius, δίκανα, ποικίλα ἱμάτια.

25. Legebatur ἥσθιε δ' οὐκ ἄλλᾳ σὺν ὁμάλικι. Meinekius ἥσθη δ' οὐκ ἄλλᾳ συνομάλικι. Id videtur ἥδετο potius dicendum fuisse. Quare ἡσθείς scripsi.

28. Vulgatum αὐτὰρ ἐγὼ μοῦνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις emendavit Lennepius.

29. Editum erat αἱ δ' ὑποπαρθενικαί, quod in C. Vat. 11. scriptum αἳ δ' ὑπὸ παρθενικαί. Si hic versus reposito αἱ δύο παρθενικαί cum praecedente versu coniungitur, ut plerisque placuit, inepte additum est ἀλλὰ μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες. Peius etiam Longopetraeus, cum sequente versu eum coniungens, mutato accentu ἄλλα μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες scribi volebat. Ut recte procederet oratio, utrumque αἱ in οὐ mutavi, addito signo interrogationis.

30. Legebatur καὶ λέκτρα. Scaliger κατὰ λέκτρα. Non displiceret haec quoque interrogando sic dici, εἶτα μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες;

31. Libri νύσσα γὰρ δολία. Nec sponda nec paries νύσσα dici potuit. Briggsium recte puto γάρ in γραῦς mutandum censuisse. Itaque Νύσα scripsi, quod nomen habuerit nutrix Deidamiae. C. Barthius, si huic fides habenda, ad Statii Achill. I. 670. haec scholiastae verba attulit: "ut solent puellae talibus arcana sua manifestare. huius autem nomen dicunt fuisse ***." Addit Barthius "Sic V. S. Nomen ipsum legere nullo modo potui. Graecum tamen fuisse rasura et litura non diffitentur." O. Schneiderus, cui in Museo Rhenano 1844. p. 671. scripsisse videbatur Bio ἁ δὲ πονηρὰ νὺξ ἄφαρ ἁ δολία με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει, non cogitavit, noctem, ut δολία dici potuerit, non potuisse πονηράν dici.

## III.

Servatum est hoc carmen a Stobaeo in Ecl. phys. I. 9. p. 246. ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν. Edidit Ursinus in Virgilio cum scriptt. Graecis collato p. 2.

6. Legebatur ἀεργίῃ.

13. Scriptum erat ἐπεὶ νόσον ὥρια τίκτει. Non credo ὥρια, ut volunt interpretes, fructus significare posse, nec si congrua auctumno dicerentur, quisquam sciret de qua re esset cogitandum. Quare ἐπεὶ νόσον ἂν ῥέα τίκτοι scripsi. Auctumnum crebra caloris et frigoris vicissitudine morbos creare medici docent dixeruntque compluribus locis Hippocrates et Galenus.

14. Legebatur φέρειν. Codex A. κρύος: unde Heerenius scribendum putabat νιφετόν τε κρύος τε.

17. Ursinus dedit βλαστεῖ. Servavi veterem scripturam βλάστῃ. Nihil enim videtur obstare quo minus, ut βλάστη femininum et βλαστός, sic etiam τὸ βλάστος, praesertim numero plurali, dictum fuerit.

## IV.

Posuit Stobaeus LXV. 21. ἐκ τῶν Βίωνος Σμυρναίου βουκολικῶν.

2. Legebatur τὸν ἀπότροπον. Etsi celebratus est Amor fugitivus, tamen cur hic fugae mentio fiat nulla caussa est. Propter alas vero pro avi habitum esse aptissimum est. Id videns Briggsius τὸν ὑπόπτερον scripsit.

3. 4. Usitatum in bucolicis Dorismum excedere visa ἐνόασε et ὥνεκα mutavi: τὤρνεον pro ὄρνεον Valckenarius.

7. Apertos errores correxit Brunckius.

## V.

Ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν posuit Stobaeus LXIII. 26.

1. Legebatur ἔϑ' ὑπνώοντι. Si somnium narraret, non ἔτι, sed ποτέ dicere debebat. Emendavit I. Fr. Herelius.

8. Apud Stobaeum est κίϑαριν ὡς ἁδὺς Ἀπόλλων. Brunckius κιϑάραν. Quis primus δ' inseruerit nescio. Omittit etiam cod. Vind. Scripsi autem ἁδέ' Ἀπόλλων. Non sequitur enim ut, quoniam ἡδὺς ἀϋτμή apud Homerum est, etiam ἡδύν accusativo feminino sit dictum.

## VI.

Habet Stobaeus ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν LXIII. 7.

1. Legebatur ἢ φοβέοντας ἢ 'κ ϑυμῶ φιλέοντι. Emendavit Valckenarius, quum ei codex Ms. Stobaei οὐ φοβέονται praebuisset et Gesneri editio οὐ φοβέουσαι haberet. Ursinus οὐ φοβέονται ἐκ ϑυμῶ φιλέοντι.

3. Vulgatum ὁπηδῇ a Gesneri ὀπηδεῖ profectum videtur. Ed. Trinc. δὴ δή. Cod. Leid. δ' εἰ δή. A. et Vind. δεῖ δή. B. et Ursinus ἀείδῃ.

7. Mutavi ordinem verborum, qui hic erat, μάρτυς ἐγὼν ὅτι μῦϑος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληϑής.

8. Stobaei cod. B. ἀθανάτων.

10. Cod. B. ἦν δ' αὐτὸν τὸν Ἔρωτα.

11. Ruhnkenius αὐτίκα. Libri καὶ τόκα. Poterat scribi δὴ τόκα. Pro χαίροισα Lennepius χαρίεσσα. Denique αὐδά solus Ursinus.

## VII.

Stobaeus LVIII. 11. ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν. Sed secundo versu in cod. A, adscriptum τοῦ αὐτοῦ, primus autem versus, hic in ed. Trinc. omissus, adiunctus est nono fragmento, quod Pindari est. Omisit eum etiam Ursinus. Nec v. 5—15. cum praegressis cohaerent. Itaque tria hic habemus fragmenta unius, ut videtur, carminis. Ea distinxi.

1. Legebatur οὐκ οἶδ'. Apertum est scribi debuisse οὐκ ἔστ', ut Iliad. XIV. 212.

οὐκ ἔστ', οὐδὲ ἔοικε τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι.

Et reposuit Ameisius.

3. Legebatur τά μοι πάρος ὤπασε Μοῖρα. Recte Piersonus aliique scripserunt Μοῖσα. Si pulcra sint carmina quae ei Musa dederit, vel ex his solis sibi gloriam orituram dicit; si non sint pulcra, non esse alia pangenda.

4. Scriptum erat τί μοι πολὺ πλείονα μοχθῆν. Cod. B. μείζονα. Th. Bergkius coniecit τί μοι πλῆον πολὺ μοχθῆν. Sententia tale quid poscit quale εἰ δεῖ μ' ἔτι πλήονα μοχθῆν. Praetuli quod minimum ab antiqua scriptura distat.

8. Legebatur ποθ' ὕστερον. Nisi cum Meinekio μεθύστερον scribendum.

11. Inepte legebatur ἐς πόσον ἁ δειλοὶ καμάτως κεἰς ἔργα πονεῦμες. Καματώδεες scribendum esse vidit Wakefieldius. Sed ineptum erat etiam μήονα πάντων, nisi adderetur quae ista omnia essent. Ad eam sententiam correxi.

12. Quum haec aperte sit apodosis, patet male additum esse δέ in his ψυχὰν δ' ἄχρι τίνος. Neque vero ἄχρι τίνος, sed ἀντὶ τίνος dicendum erat. Transposita sunt verba additumque δέ, postquam in praecedente versu scriptum erat ἐς πόσον.

14. Libri λαθόμεθ' ἢ ἄρα.

## VIII.

Ex Stobaeo LXIII. 28. Non est in ed. Trinc. et aliis antiquis edd. In vetustissimo codice se invenisse ait Ursinus.

3. Correxi quod scriptum erat εἰ καὶ ἀμειλίκτοιο κατήλυθεν εἰς Ἀΐδαο.

4. Ursinus dedit ὄλβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν ἀξείνοισιν Ὀρέστης. Codd. A. B. Ὀρέστας, qui omittunt ἦν. Briggsius coniiciebat Χαλύβεσσιν, Meinekius dubitanter Χαλύβοισιν. Non est hoc veri simile, quum in promptu esset ὄλβιος ἦν Ταύροισιν ἐν ἀξείνοισιν Ὀρέστας. Id posui. Videtur oblitterato nomine versus imperite expletus esse.

## IX.

Ex Stobaeo LXIII. 27.

7. Trinc. ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλέω. Cod. A. ὁδοιπορέοντα ἐνοχλῶ. Gesnerus et Ursinus ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω. Meinekius ex coniectura Gaisfordii ὁδοιπορέοντας ἐνοχλέω. Recepi emendationem Ruhnkenii.

## X.

Ex Stobaeo LXIV. 22. Non habet ed. Trinc. neque Ursinus.

1. Codd. A. B. ἠὲ θαλάσσας. Scripseruut critici ἠδέ, quod non minus quam ἠέ pugnat cum ἅμερε. Οὐδέ scripsisse Bionem ostendunt haec Homeri Iliad. XVI. 33.

νηλεές, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
οὐδὲ Θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα
πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Quae quo modo imitati sint alii docet Brouckhusius ad Tibullum III. 4, 85.

3. Gesneri ed. τίναυτα. Cod. B. et a secunda manu A. τί νιν αὐτά. Vix videtur dubitari posse quin poeta scripserit quod posui καὶ τεΐν αὐτᾷ. Formam hanc pronominis adnotavit in

libro de pronomine Apollonius p. 365. Sed corripuit Bio ultimam, quae videtur produci debuisse, ut in ἐμίν et τίν.

4. Quod legebatur τέκηαι non minus soloecum est quam positum a Brunckio τέκοιο. Poterat poeta τέκνωσας scribere: sed veri similius est τεκέσθαι.

6. Legebatur ἐς τί δέ νιν. Mira vero quaestio, quum statim poeta ipse ad eam respondeat. Debebat ille non quaerere, sed obiicere Veneri, quod Amorem alis et sagittis instruxisset. Itaque sublata interrogatione πρὸς δ' ἔτι νιν scripsi.

## XI.

Habet Stobaeus Ecl. phys. I. 6, 7. p. 170. ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν εἰς Ὑάκινθον. Edidit corruptum, ut invenerat, Ursinus in Virgilio cum Graecis collato p. 3. et cum carminibus illustrium feminarum.

1. Posui ἀμφασία δ' ἄρα. Nam quod apud Stobaeum est, ἀμφασία τὸν Φοῖβον, Stobaei est.

2. Legebatur ἐπεβώετο, in uno libro ἐθέρεντο, in duobus ἐπεβεύετο, h. e. ἐπεβαίνετο, ut ex codice Ursinus dedit. Salmasii ἐπεμώετο probaverat ad Euphorionem p. 462. Meinekius, sed in Analectis Alexandrinis p. 134. assensus est Vulcanio ἐπεμαίετο restituenti. Sic in Homerico hymno Mercurii v. 108. πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην.

4. Scriptum erat Μοίραισι δ' ἀναλθέα φάρμακα πάντα. Parcarum mentio non dubia est, quum Stobaei illud caput inscriptionem hanc habeat, περὶ εἱμαρμένης καὶ τῆς τῶν γινομένων εὐταξίας. Sed aperte erratum in duobus vocabulis, quae correxi.

## XII.

Apud Stobaeum ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν CX. 17. Non est in cod. A.

2. Scriptum erat ἠϊόνα.

## XIII.

Ex Stobaeo XXIX. 53.

1. Legebatur πάντα λόγον.

2. Legebatur μηδέ τι πάντ'. Emendavit Valckenarius.

## XIV.

Ex Stobaei Eclogis I. 10, 3. p. 270.

## XV.

Apud Stobaeum XXIX. 52. Βίωνος Σμυρναίου βουκολικοῦ. Non est in cod. A.

1. Codex Vossii αἰές.

## XVI.

Βίωνος βουκολικά apud Stobaeum XLIII. 8. Non est in cod. A.

1. Legebatur ἐπὴν χὠ Φοῖβος ἀείδειν μισθὸν ἔδωκε. Sententia non potest dubia esse, sed praeter Schaeferi ἐπεί nihil quod ferri possit allatum vidi. Quod a Valckenario acceptum plerique editores admiserunt, ποιεῖ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα τιμά, ex eo genere emendationum est, quo, ut metrum constet, orationi vitium infertur. Nullus antiquorum poetarum verba isto ordine collocasset. Videtur poeta, sicuti Theocritus in carmine XVI, mercedem petere ab eo, quem carminibus celebret, ne Apollinem quidem operam mercenariam dedignatum memorans, quam et Laomedonti et Admeto praestiterit. Quare ἄειρεν μισθὸν ἑκών scripsi. Nam etsi ἀείρασθαι μισθόν usitatum est, tamen videtur etiam activum poni potuisse, ut φέρειν et φέρεσθαι μισθόν dicitur.

## XVII.

'Εκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν apud Stobaeum LXV. 4.

## XVIII.

In Orionis grammatici Caesareae Anthologognomicis, quae ex codice Vindobonensi ab I. H. C. Schubarto descripta Schneidewinus edidit, V. 11. leguntur haec valde corrupta: ἐκ τῆς Ὁμολογούσης τῶν Βίωνος βουκολικῶν· πάντα θεοῦ γὰρ θέλοντος ἀνύσιμα πάντα βροτοῖσι· ἐκ μακάρων γὰρ ῥάστα καὶ οὐκ ἀτέλεστα γένοιτο. Meinekius p. 184: "Ὁμολογουμένη videtur nomen comoediae esse, ut fragmentum post illum titulum exciderit. Tum sequebatur: Βίωνος ἐκ τῶν Βουκολικῶν. Ita mecum Bergkius statuit." Errore memoriae scripsit Ὁμολογουμένη: caderet enim coniectura, si ἐκ τῆς ὁμολογουμένης legeretur. Bionis versus infeliciter a Schneidewino p. 81. tentatos videor mihi probabiliter restituisse.

## XIX.

Hos versus, qui vulgo in Theocriteis carminibus eumdem quem hic numerum inscriptum habent, recte videtur Valckenarius Bioni adscribendos censuisse. Itaque huius reliquiis addidi.

5. Legebatur δεῖξεν τὰν ὀδύναν καὶ μέμφετο ὅττι γε τυτθόν. Nec spondeus in primo pede littera paragogica ortus elegans est, nec ferri potest γέ.

7. Aldina τὺδ'. Ceteri τί δ'. Pro ἐσσί, quae librorum scriptura est, probabiliter Bergkius ἠσί, quod pro φησί dictum notavit Photius et usurpavit Sappho in Crameri Anecd. Ox. I. p. 190, 19. ἠσὶ, δώσομεν, ἠσὶ πάτηρ.

8. Libri χὠ τυτθὸς μὲν ἔῃς τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς. Scripsi ἔεισθα, τὰ τραύματα δ' ἁλίκα ποιεῖς. Sic Theognis v. 1316. ἔχεισθα, quo etiam Sappho est usa fr. 89. in Schneidewini Delectu.

# ADNOTATIONES AD MOSCHVM.

## I.

Legitur etiam in Anthologia Palatina IX. 440.

4. Pal. aliique tres codd. μισθόν τοι, ceteri μισθός τοι.

5. R. F. τί δ'. Id qui probabat Heskinus, scribere debebat τὶ δ'. Pal. aliique τοι δ'. Recte vero Call. Iunt. τὺ δ'.

6. Libri μάθοις νιν. In Theocr. II. 34. recte Zieglerus scripsit κινήσαις κ' ἀδάμαντα. IV. 11. πεῖσαι κεν idoneos auctores habet. Eadem particula inserenda VIII. 88. et pro καί ponenda v. 90, pro γε autem XXII. 74, ut v. 162. ex Iuntina editum. Diversi generis sunt XXVII. 24. καὶ τί φίλος ῥέξαιμι, et v. 60, quod voluntatis est, τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης, sumptum ex Odyss. XVII. 455, ubi, ut ibi debebat, addita est particula.

7. Vulgo αὑτοῦ. Brunckius αὐτῷ. Recte Meinekius αὑτῷ, ut Gesnerus in Stobaeo dederat.

10. Vulgo ἦν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος. Cod. Vind. ἐν δὲ χόλαι. Id ἐν δὲ χολᾷ scriptum Ursinus non ex codice suo Stobaei, ut Valckenarius putabat, sed ex Stobaeo Gesneri posuit. Gesnerus enim versus 7—11. et 16. 17. suae Stobaei editioni tit. LXII. inseruit: totum carmen demum in interpolata editione a. 1581. legitur. Meinekius ἐν δὲ χολᾷ νόος ἐστὶν ἀνάμερος. At id plerisque omnibus iratis commune est. Valckenarius ἐν δὲ χολά, νόος ἐστὶν ἀνάμερος. Prius illud recte. Nam quod dixerat poeta, οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται, explicat his, ὡς μέλι φωνά, ἓν δὲ χολά. Ex quo consequitur eum non iterasse id his verbis, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, sed gravius quid dixisse, ὅλος ἐστὶν ἀνάμερος.

11. Legebatur δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει.

14. Cod. Pal. καὶ Ἀΐδαο (superscr. εω) βασιλῆα, quod H. Fritzschius in dissertatione de poetis Graecorum bucolicis p. 63. praetulit cum Iacobsio, qui saepius in epigrammatis Ἀΐδεω quattuor syllabis pronuntiatum monstravit. Omittunt εἰς etiam S. Y. Ceteri libri καὶ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα. Ego nec caussam video cur Homeri usum deseruisse Moschum credamus, et potius recte repetitam esse praepositionem arbitror, ne quis βάλλει duplici ratione constructum putaret.

16. Pal. C. aliique codd., Call. Iunt. ὅσον, quod cum ἐφίπταται coniunctum significantius videtur quam vulgatum ὡς. Deinde vulgo ἄλλους. Pal. S. ἄλλῳ. Valckenarius ἄλλως.

19. Ald. Call. Iunt. τυτθὸν ἐοῖ. Pal. ἐεί. S. ἀεί. Meinekius coniiciebat ἰεῖ. Immo imperiti scribae metro non convenire putabant τυτθόν οἱ.

22. Vulgo πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ. Codex Vossii δ' ἐνί. Call. ἢ αὐτῷ. Alienum est αὐτῷ, nec recte procedit oratio. Ortus est error eo, quod quum αὐτῷ ad οἱ ab interprete adscriptum pro verbo poetae habitum esset, δέ positum est pro γε μέν.

26. Brunckius ex tribus codd. γελάῃ, ut etiam I. Y. Recte vero Pal. Call. Iunt. γελάᾳ. Monuit etiam H. Fritzschius p. 62.

27. Pal. Y. φαρμακόεντα. Recte praetulerunt vulgatum φάρμακον ἐντί, quod supra scriptum in Pal., Dorvillius ad Charit. p. 203 = 323. et H. Fritzschius p. 63.

## II.

Im. Θεοκρίτου. Optimis codicibus F. N. S. nuper W. T. Streuberus in Schneidewini Philologo II. p. 378. seqq. addidit duo folia inventa in quodam codice Basileensi, quae continent huius carminis versus 24—144. Eorum scripturas si Streuberus cum una editione contulisset, supersedere poterat inutili labore septem editionum scripturas enumerandi, quo effecit ut aliquot locis nesciamus quid scriptum sit in foliis Basileensibus.

7. Inconsiderato Brunckii iudicio obsecutus Valckenarius

auctor fuisse videtur, ut deinceps alii, ubi in libris iustae formae Εὐρώπεια, Εὐρώπειαν sunt, scriberent Εὐρωπείη, Εὐρωπείην.

9. Vulgo Ἀσιάδ' ἀντιπέρην τε. F. Ἀσίδα τ'. N. ἄσσαν τ'.

10. Omittunt hunc versum C. S. Callierges: habet eum Iuntina.

12. N. φάσκε δέ. Nescio an Moschus φάσκε γάρ scripserit.

13. Call. Iunt. βιαζομένα. C. R. βιωμένα. F. N. S. βιωομένη.

14. Libri ἐπεὶ φάτο μόρσιμον εἶναι ἐκ Διὸς αἰγιόχου γέρας ἔμμεναι Εὐρώπειαν. Pronomen abesse non posse videns Iacobsius pro eo εἶναι positum putabat. Itaque αὐτῇ scripsi. Quamquam nescio an post v. 14. unus alterve versus exciderit.

19. Ald. εἶδε.

20. Vulgo ὄψὲ δὲ δὴ μάλ' ἔπειτ'. N. δειμαλέην, ut Lennepius coniecerat.

24. Vulgo ἥν. N. Bas. Iunt. τήν.

25. Vulgo ὥς μ' ἔβαλε, quae N. omittit. F. S. ἔλαβε.

27. Legebatur κρίνειαν. Recipere debebat Meinekius quod coniecerat κρήνειαν, propositum iam a Wakefieldio.

30. C. R. N. S. Ald. ἐντύναιντο et v. seq. φαιδρύνοιντο. Singularem, quem firmat v. 32, praebent Call. Iunt. Draco Straton. p. 14, 12.

32. Vulgo κέρσοι. F. μέρσοι. N. S. Bas. λείρι' ἀμέρσοι. Scripsi, ut Meinekius volebat, ἀμέργοι. Vid. Naekius ad Choeril. p. 154.

33. F. S. αἱ δέ.

34. N. ποτὶ δ' αὖ. Vulgo ποτὶ δὲ λειμῶνας.

40. Vulgo Τηλεφαέσσῃ. F. N. Bas. alteram formam praebent, de qua dixit Meinekius.

45. N. Bas. γυναίην. Vulgo γυναικός.

46. C. R. Call. φοῖτα δ' ἦδε. Iunt. φοιταλέη δέ.

47. Quod Meinekius et Zieglerus pro vulgato κυανῇ reponendum viderunt, κυάνου, res poscit, quia materia indicanda erat ex qua factum esset mare.

48. Libri δοιοὶ δ' ἕστασαν ὑψοῦ ἐπ' ὀφρύος αἰγιαλοῖο φῶτες ἀολλήδην, nisi quod S. ὀφρύϊ. Etsi Sophocles Trach. 512. ἀολλεῖς de duobus dixit, ubi scholiastes id καταχρηστικῶς factum

adnotavit, tamen nec per se veri simile est ut duo tantum spectatores ficti fuerint, nec, si duo, ut addiderit poeta ἀολλήδην. Quare scripsi δοιοῦ ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο. Conspiciebatur, opinor, Io ex uno littore Bospori mare ingressa tendens ad alterum littus: in utroque littore stabant aliquot homines mirabundi.

50. Sequitur alia imago, in qua Iuppiter aureus, Io autem aerea, stantes ad Nili aquam, argento expressam. Turpem versum dederant libri vulgati, ἐν δ' ἦν Ζεὺς ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ Ͽεείῃ. Emendatum praebuerunt F. N. Videndus Naekius in Opusc. I. p. 179.

51. C. R. S. πόρτιος εἶναι ληϊστὴν δι'. N. δ'. Call. πόρτιος. ἐς καλλίστην δ'. Bas. πόρτιος εἰναλίης τὴν δ'. Sic etiam Iunt. sed sine δ'. Ut potuerit Moschus εἰναλίης scribere, tamen veri similius est Ἰναχίης scripsisse, ut Piersonus coniecit. Id recepi cum aliis, abiecto δέ, quia ipso contactu Iuppiter humanam formam restituisse virgini perhibetur.

55. Vulgo ἀμφὶ δὲ δινήεντος. Inauditum calathi epitheton voluerunt rotundum significare. Im. πυθμένι τὸ κρίκον, in textu autem κ super δ in δινήεντος. Id indicium facit interpretationis, ex qua veram scripturam ἀμφὶ δὲ δινηθέντος cognoscamus. Circumacto calatho, ut appareat quid in aversa parte expressum sit, Mercurium conspici dicit, prostratumque iuxta Argum, cuius ex sanguine pavo prodierit. Acceptum est verbum ab Homero Iliad. XXIII. 562. ubi de thorace est ᾧ πέρι χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο ἀμφιδεδίνηται, et Odyss. VIII. 405. de ense, κολεὸν δὲ νεοπρίστου ἐλέφαντος ἀμφιδεδίνηται. — In fine versus N. Bas. ὑπὸ στεφάνοις.

60. Notavi lacunam. Qui sequuntur versus in optimis libris F. et Iunt. sic scripti sunt:

ταρσὸν ἀναπλώσας, ὡςεί τέ τις ὠκύαλος νηῦς
χρυσείου ταλάροιο περίσκεπε χείλεα ταρσοῖς.

Illud vix dubitari potest quin pro ταρσοῖς scribendum sit πάντῃ, ad exemplum Theocriti I. 55. quem imitatus est Moschus,

πάντᾳ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος.

Suspicetur quis fortasse, si invertatur ordo istorum versuum, atque in altero, in quo Ald. Call. χρυσοῖο, S. χρυσοίου, N. Bas. Iunt. χρυσίου habent, addito pronomine scribatur ὅς χρυσέου

ταλάροιο, probabiliter restitui sententiam. Verum tamen haud satis credibile est nomen avis omissum esse, multoque veri similius est non mutato ordine versuum haec ad hunc fere modum fuisse scripta:

ᾧ ῥα ταὼς ὄνομ' ἐστίν· ὃ δὲ χρυσαυγέα κύκλῳ
ταρσὸν ἀναπλώσας, ὡςεί τέ τις ὠκύαλος νηῦς,
χρυσείου ταλάροιο περίσκεπε χείλεα πάντῃ.

Cauda pavonis pro operculo calathi erat.

64. Vulgo αἱ δ' ἐπεὶ οὖν λειμῶνας ἐςήλυθον ἀνθεμόεντας. F. λειμῶνας ἐς ἀνθεμόεντας ἵκανον. Sic etiam N. Bas., sed habentes ἐπ' ἀνθεμόεντας.

65. Vulgo ἄλλαι. C. F. N. S. ἄλλη. Ald. ἄλλη ἐπ' ἄλλαισι τότ' αὖ θυμὸν ἔτερπον. Call. ἄλλη ἐπ' ἀλλήλῃσι τότ' ἄνθεσι. Bas. Iunt. ἄλλη ἐπ' ἀλλοίοισι. Quum τότε non necessarium sit, videri potest poeta scripsisse ἄλλη ἐπ' ἄλλοισιν φίλον ἄνθεσι θυμὸν ἔτερπον, ut Homerus Od. XIV. 228.

ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

67. Call. Crat. Urs. πολλὰ δ' ἔραζε λειμώνων ἐαροτροφέων πίπτεσκε πέτηλα. F. θαλέεσκε. C. R. S. N. Ald. Iunt. θαλέθεσκε. Bas. θαλέθεσκον. Si πίπτεσκεν, ut videtur, a Callierga profectum est, certe is intellexit quid sententia postularet. Nec tamen propterea θαλέθεσκεν abiiciendum est, sed videtur hic quoque versus excidisse, ut huiusmodi quid scriptum fuerit,

πολλὰ δ' ἔραζε
δρεπτομένων πίπτεσκεν, ἅτ' ἄνθεσιν ἄμμιγα πάντῃ
λειμώνων ἐαροτρεφέων θαλέθεσκε πέτηλα.

71. Hi versus sic scripti erant:

ἀτὰρ μέση ἔστη ἄνασσα
ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδου χείρεσσι λέγουσα,
οἷά περ ἐν Χαρίτεσσι διέπρεπεν Ἀφρογένεια.

Sed N. Bas. ἀτὰρ μέσσοισιν ἄνασσα. F. μέσσῃσιν. Ex quo facile coniici potest μέση ἔστη correctoris esse, quum qui sequuntur duo versus hoc ordine positi essent, qui eo peior est, quod qui haec audit inducitur ut μέσσῃσι χείρεσσι coniungat.

74. N. ut Brunckius, οὐ μήν. Vulgo οὐ μέν.

76. Sic F. N. pro vulgato ἐβέβλητο.

79. Call. Iunt. τοὶ γάρ. Bas. et ceteri δὴ γάρ.

80. N. Bas. omittunt τ'.

83. F. N. Bas. διατμήγει pro vulgato διατμήσσει. Hunc et sequentem versum omittunt Ald. Call. Iunt. Versum 84. suspectum habebat Valckenarius; ambos, 84. 85. ut non satis dignos huius carminis elegantia uncinis inclusit Meinekius. Offensos credo quod οἷος ὅςτις displiceret. Quod etsi defendi potest, tamen ne ego quidem a poeta profectum ratus scripsi οἷος ἄστυδε. Quod Ameisius coniecit, αὐχέν' ὑποδμηθείς, iam a. 1795. in mentem venerat Iacobsio. Omnes taurorum usus enumerat poeta. Nam aut saginantur in stabulis, aut iunguntur aratro, aut cum vaccis in pabula mittuntur generis propagandi caussa, aut frugibus in oppida ad mercatum vehendis adhibentur.

87. 88. Omissos in C. S. Ald. Call. servarunt F. N. Bas. Iunt. Pro ὑπογλαύκεσκε N. Bas. ὑπογλαύσεσκε. Ursinus ὑπολαΐγκεσκε γὲ ἵμερον ἀστράπτοντε. Iunt. δι' ἵμερον ἀστράπτοντε. Bas. δι' ἵμερον ἀστράπτεσκε. F. καὶ ἵμερον ἀστραπέεσκε.

90. Emendatam scripturam exhibent Bas. et Iunt.

96. Ameisius ex F. δέριν, quod Hesychius habeat δέρις, τράχηλος. Memorat hoc vocabulum etiam Pollux II. 235. Sed δέρην dixit etiam Apollonius Rhodius II. 707.

98. Iunt. ἀπεμόργνυτο. Bas. ἀπομόργνυται.

99. Legebatur φαίης κ' αὐλοῦ. F. Bas. φαῖε κεν. Et κεν etiam C. R. S. Emendavit Meinekius.

100. Bas. μυγδόνιον γλυκύς.

102. 103. Omissi in C.

106. R. S. Ald. Im. οἷά τε νῆα. C. νῆας. Call. Iunt. νῆϋς. Valckenarius sola dialecto peccans οἷά τ' ἀπήνα, quacum sola dorsum tauri comparari poterat.

107. Iunt. πρηῢς ὅδ' εἰςιδέειν. F. πρηῢς τις ἰδέειν. N. Bas. πρηῢς τ'. Scripsi πρηῢς δ'.

109. Legebatur αἴσιμος ἀμφιθέει, de quibus verbis portenta quidam sunt commenti. Scripsi ἀμφιθέειν. In id quum etiam Ameisius incidisset, retinuerunt eum inepta Wakefieldii, Lobeckii docta in Paralipomenis p. 509. adnotatio. Homerus de vitulis Od. X. 413. ἀμφιθέουσι μητέρας.

112. Schaeferus ex usu epicorum ἣν ἔθελ' ἁρπάξας. Sed videndus Meinekius ad v. 156.

115. Delphino comparat taurum propter solam velocitatem, quae in proverbium venit. Quum haec vox etiam versum 119. finiat, aberrans illuc oculis vetus scriba omiserat versus 116—119. quibus carent libri vulgati. Servarunt eos F. N. Bas., unde in fine carminis recte F. Μόσχου Σικελιώτου Εὐρώπης στίχοι ρξς, qui in vulgatis sunt 162.

120. N. Bas. ἀνέβησαν.

121. Bas. Iunt. ἐστιχόωντο. R. C. Ald. ἀντεχόωντο. Call. ἀντοχέωντο. Emendavit Meinekius.

125. S. Bas. Ald. βαθύθροοι. Call. Iunt. βαθυῤῥόου. In C. N. βα ύθροοι, dubitantibus scribis θ an ρ ponerent. F. R. βαρύθροοι. F. N. Bas. Iunt. αὐλητῆρες. Ald. Call. εἰναετῆρες. Draco Straton. p. 87, 12. et Ursinus βαθυῤῥόου ἐνναετῆρες. Disputavit de hoc versu H. Fritzschius in dissertatione de poetis bucolicis p. 58.

129. Vulgo πορφυρέας κόλπου πτύχας. Singularem dederunt F. N. Bas. Deinde Bas. cum vulgatis ὄφρα κε νηῶν, ex quo Auratus ὄφρα κεν ὤην. Sed F. ὄφρα κε μή μιν.

130. F. N. Bas. Iunt. δεύοι ἐφελκόμενον. In masculino consentiunt etiam ceteri, ut ad κόλπον referatur. Auratus ἐφελκομένην, recte. Call. Ursinus ἐνδεύη ἑλκόμενον.

131. Libri ὤμοισι. Emendavit Lennepius.

134. F. N. Bas. ἁλίρροθος, ut Valckenarius. Vulgo ἁλίρροος.

135. N. Bas. ἀλλ' ἀήρ μὲν ἄνωθεν.

138. Vulgo ἀργαλέοισι πόδεσσι. Bas. ἀργαλέην πόδεσσι. N. ἀργαλέην γε πόδεσσι. Hinc emendavit Meinekius in Analectis Alexandrinis p. 125. Bergkium ἀρκαλέοισι πέδεσσι, non ut in Ameisii adnotatione scriptum est ἀρμαλέοισι, coniicientem nemo sequetur.

141. Legebatur ποῖόν σοι.

142. Vulgo ἦ ῥά τίς ἐσσὶ θεός; τί θεοῖς ἀπεοικότα ῥέζεις. Emendavit ex F. Gaisfordius. Sic etiam N. nisi quod θεῷ habet.

143. F. N. Bas. οὐδ'.

144. Pro vulgato στείχουσι F. N. Bas., cuius reliquiae hoc versu finiuntur, στιχόωσι.

145. F. N. ἄτρομος. Ceteri ἄβροχος.

152. Vulgo ἵλαος ἀντιάσειας· ἐέλπομαι. N. ἀντήσειας. F. in-

serit ὄν. N. τέρπομαι, supra scripto ἔλπομαι. Hinc emendavit Meinekius.

155. Vulgo τὴν δ' ὧδε προςεφώνεεν εὐρύκερως βοῦς. N. αὖτε. F. N. ἠΰκερως.

157. Legebatur αὐτός τοι Ζεύς εἰμὶ καὶ ἐγγύθεν εἴδομαι εἶναι ταῦρος· ἐπεὶ δύναμαί γε φανήμεναι ὅττ' ἐθέλοιμι, triplici cum vitio dictionis. C. ἐγγύθι. Pro εἶναι N. εἶμεν. S. ἥμην, qui omittit γε. C. S. φανῆναι. N. ὅττι θέλοιμι. F. ὅττι κε θέλοιμι. Correxi haec ut et sententia et librorum indicia postulabant.

159. Libri ἐνέηκε. Correxit Schaeferus.

160. Vulgo ταῦρος. N. ταύρῳ, ut Valckenarius.

163. Ex Call. fluxit οἱ σκηπτοῦχοι ἅπασιν ἐπιχθονίοισιν ἔσονται. Codices et Iunt. ἅπαντες. Id apertum est ἄνακτες a Moscho scriptum fuisse, quo tamen vitium sententiae non tollitur. Nam neque omnes qui in terris vivunt homines neque eorum aliqui intelligi possunt: quorum alterum falsum, alterum ineptum est. Qui ἅπασιν scripsit, videtur ὑποχθονίοισιν scribere voluisse. At si sic loqueretur Iuppiter, ut mittam quod Minos et Rhadamanthus non recte σκηπτοῦχοι inferorum dicerentur, auxisset etiam metum Europae, nisi filios parituram dixisset, qui postquam inter vivos sceptriferi reges fuissent, etiam perfuncti vita insignem apud inferos essent honorem habituri. Sed nec quo non opus erat dixisse nec quo opus erat non dixisse Iovem credibile est. Qui si ἐπιχθονίοισι diceret, addere debebat quibus illi mortalium essent imperaturi. Ex quo apparet versum perisse, quem fabula facile ex Homero suppeditat:

Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ Λυκίης τ' ἐν πίονι δήμῳ.

De solis autem Minoe et Rhadamantho cogitandum, quos ipse apud Homerum Iliad. XIV. 321. Iuppiter ex se peperisse Europam testatur. Alii teste Apollodoro III. init. Sarpedonem addidere.

169. Legebatur in hoc quoque versu αὐτίκα, quo factum puto ut eum Valckenarius huius poematis conditore indignum iudicaret. At per se absurdum est αὐτίκα, quod poeta si αὐτόθι scripsit, nihil est quod vituperetur, tantumque abest ut omitti potuerit hic versus, ut non videretur finitum esse carmen, nisi adiiceretur rata facta esse Iovis promissa.

## III.

Acceptum esse hoc carmen ex codice valde lacunoso vel stropharum turbata comparatio monstrat. Eas non minus diligenter a Moscho exaequatas esse quam a magistro eius Bione, quique ambobus praeiverat Theocrito, ex magna parte carminis apparet, ut, ubi laesa esse lex videatur, nunc deesse aliquid videamus, ut post v. 93. ubi manifesta lacuna est, nunc versus intercalaris aut male additus, aut, quod interrumpere orationem putabatur, omissus negligentiam scribae vel manum indocti correctoris prodat, ut post v. 40. et 69. Accurate considerata ratione efficitur, ut compositum fuerit carmen ex sedecim strophis, quarum quattuor priorem partem carminis constituunt his versuum numeris: 7. 5. 5. 7. altera pars duodecim strophas habet, quarum ordo et numeri versuum hi sunt: 14. 14. 7. 7. 7. 7. 10. 10. 10. 10. 14. 14. Inscriptionem carminis Im. habet hanc: ἐπιτάφιος Βίωνος βουνόμου ἐρωτικοῦ.

3. E. R. Call. γοάοιτε.

5. Vulgo cum Iuntina ἀνεμώνα. Ald. Call. ἀνεμῶνα. Non dicam cum Valckenario scribi posse ἀνεμῶναι, sed debuisse ostendit concinnitatis necessitas.

7. Libri λάμβανε, quod etsi defendi potest, tamen βάμβαλε recipiendum duxi ex coniectura Valckenarii, qui hoc carmen Ursini Virgilio cum scriptoribus Graecis collato addidit.

10. Ald. et quattuor codd. τοῖς Σικελικοῖς.

14. Valckenario Στρυμονίοις scribi volenti praeter libros refragatur etiam Draco Straton. p. 84, 12.

15. Post hunc versum legebatur vulgo οἷαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν. C. οἷα ἐν ἡμετέροις. F. P. R. Iunt. οἷαν ἐν. Iunt. ἡμετέροις. E. R. h. i. Call. ποτί. C. E. P. S. h. i. Iunt. γῆρυς. Apud Draconem Straton. p. 91, 1. legitur οἷαν ὑμετέροις ποτὶ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν. Alienum ab hoc loco esse hunc versum et Heskinus iudicavit et stropharum docet comparatio, quae eum, ut res ipsa, infra post v. 20. positum fuisse ostendit. Nam isto loco aliquid commemorari debebat cui opponeretur μέλος Ληθαῖον. Ibi igitur eum reposui emendatum.

19. Τῆνος pro κεῖνος et alia huiusmodi Brunckio debentur.

21. Scripturas librorum vide ad v. 15.

22. Libri ληϑαῖον vel λήϑαιον. Critici λάϑαιον. Interesse aliquid videtur utrum ab oblivione λαϑαῖον, an ab Lethes amne Ληϑαῖον dicatur. Deest hic versus in C.

23. Vulgo ποτί. C. P. R. ποτέ.

36. Vel copulae omissio lacunam prodit. Desunt ante hunc versum tres versus quibus opus erat strophae versuum quattuordecim.

37. S. Coislin. Vindob. κάτϑανε δ' ἐν, ut Lennepius. Vulgo κάτϑανεν ἐν.

38. Call. Ursin. ἄλλο. C. E. S. i. Iunt. αὐτό. Huius carminis v. 38. et ceteri in quibusdam exemplis Aldinae iterantur post Megarae v. 13, non 12. ut Reiskius in praefatione Theocriti p. VIII. ait, omissis quae in Megara post v. 13. sequebantur. Eodem modo haec duo carmina in cod. Paris. 2551. in unum confusa sunt, ut ex hoc codice illud Aldinae folium descriptum videatur, postquam aliquot foliis ante ex alio codice totum carmen exhibitum erat: quo factum ut Aldina aliquot locis ab se ipsa discrepet. Truncati exempli scripturas litteris Ab. notabo. Reiskius illa quam dixi pagina nescio quo errore etiam Theocriti Piscatorum quartum et quintum versum pro quinto et sexto, Dioscurorumque 41. pro 44. et 42. 90. pro 45. 91. nominavit.

40. Codex h. εἰναλίησι. Ald. οὐ τόσον εἰναλίαισι παρ' ἠόσι μύρατό σε πρίν. C. E. γε πρίν. P. R. δὲ πρίν. Absurdum est lugeri Bionem a delphinis, idque eo magis, quod etiam in versibus qui sequuntur de aliis sermo est, quos lusciniae, hirundines, aves Memnoniae mortuos luxerint. Propterea Ἰασίῃσι scripsi. Pueri Iasensis obitu doluisse dicitur delphinus, de quo Plinius H. N. IX. 8, 8. Athenaeus XIII. p. 606. C. D. Plutarchus de sollert. anim. p. 984. E. F. Vide Iacobsium ad Aelian. de n. anim. VI. 15. De Libyco puero ista narrat Oppianus Hal. V. 453. seqq.

41. Vulgo ἄεισεν. Codex E. qui Mediolanensis est (Mediceum dixit Meinekius) ἄϋσεν. O. Schneiderus, qui in Museo Rhenano a. 1844. p. 631. ne historiae naturalis periti mirarentur

lusciniam ἐνὶ σκοπέλοισι cantantem, scribi volebat οὐδὲ τόσον πόκ' ἄεισεν ἐνὶ σκοπέλοισι χελιδών, οὐδὲ τόσον θρήνησεν ἀν' ὤρεα μακρά ποκ' ἀδών, non cogitavit Moschum Pandionis filias sua fata querentes dicere. Et quorsum v. 48. iterum commemorasset luscinias et hirundines?

43. Legebatur,

ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο Κήϋξ,
οὐδὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι κηρύλος ᾆδεν,

medio inter hos versus posito intercalari, quem et C. P. i. Coisl. Ald. omittunt, et Brunckius recte eiecit. Praeterea posterior istorum versuum in C. E. P. S. R. Ald. post v. 45. positus est. Manso eum et Meinekius, quia mera sit repetitio prioris, ut aliunde adscriptum deleri voluerunt. At tantum abest ut non sit genuinus, ut absurde aut Ceyx solus aut sola Alcyone doluisse diceretur. Non ergo ἴσχετο cum C. E. Ab. in ἴαχε mutari, sed servari versu in suum locum restituto correctoque ut feci debebat.

45. Ald. Call. Iunt. ἠώοισιν. C. ἠώνοισιν. P. R. h. Ald. Ab. οἰωνοῖσιν. Pessime quidam scripserunt ἀῴοισιν, quum eodem in versu sit Ἀοῦς. Brunckii Ἰδαίοισιν nisi verum, certe non falsum est: nam ad Ilium quotannis aves istas tumulum Memnonis visere fama ferebat, ut Pausanias X. 31, 6. Oppianus Ἰξευτ. I. 6. aliique auctores tradiderunt.

47. Incredibile videbitur non incogitanter haec legenti, quod non modo plena interpunctione post Βίωνος posita versus intercalaris, qui post hunc in libris legitur, non est expulsus, sed etiam verissima scriptura καθεσδόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις Brunckio auctore cum καθεσδέμεναι ποτὶ πρέμνοις, quod cod. Vindobonensis dedit, cui h. i. Coisl. accedunt, est commutata. Nam qui sunt isti, de quibus dictum est κατωδύραντο? Adeone insipidum putarunt Moschum fuisse, ut aves Memnonides obitum Bionis lugere faceret? Immo hoc ille dicebat: non tantum delphinus puerum Iasensem, non tantum filiae Pandionis sua fata, non tantum aut Ceyx relictam coniugem aut Alcyone pereuntem in mari Ceycem, non tantum Memnonis aves filium Aurorae luxerunt, quantum Bionem lusciniae, hirundines, ceteraeque quas cantu suo oblectaverat aves.

50. Legebatur αἱ δ' ὑπεφώνευν ὄρνιθες, λυπεῖσθε πελειάδες ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, vel, ut in C. Iunt. ὑμεῖς, vel, ut in P. Im. ἡμᾶς. Pro πελειάδες P. R. Ald. Ab. πενθάδες. S. h. i. γε πενθάδες. Quae vero sunt istae quae respondere dicuntur ὄρνιθες? Gallinae, inquit Schaeferus. Lepidae hercle comites pastoris procul a tugurio suo in silvis et pascuis vitam agentis. Et quo argumento? Lepidiore etiam: exemplo Theocriti XXII. 72.

ὀρνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί,

quos et cristae et proelia maritos gallinarum, non gallinas esse testantur. Verissimum est πενθάδες, λυπεῖσθε autem adnotatio est interpretis ad ὑμεῖς adscripta. Periit vero ultimus strophae versus: nam apertum est respondisse ceteris avibus columbas se quoque morte Bionis esse afflictas. Itaque ἄμμες posui.

53. Ab. et ex quo expressum hoc folium est cod. Par. hic et v. 135. βωκολικαί.

54. Vulgo ποτί. C. ποτέ.

56. E. οὐκέτι.

57. Codd. et edd. vett. ἀχεδονεῖ, ἀχεδονῆ, ἀχεδνὴ δονάκεσσι. Emendatam scripturam dedit Callierges. Im. ἡ ἠχώ. Dein vulgo τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς. Ab. τεᾶς ἐπὶ βόσκετ' ἀοιδᾶς. Scripsi τεᾶς ἔτι βόσκετ' ἀοιδᾶς.

58. Πανὶ φέρω τὸ μέλιγμα. Meinekius signum interrogationis apposuit. Mihi aptius videtur coniunctivum semet adhortantis esse ut deo calamos tradat, quibus mortalium nullus admovere os audeat.

62. Ald. Call. Iunt. ἑζομέναν περὶ σεῖο. Codd. et Ab. παρὰ σεῖο. Im. ἕνεκα σοῦ. Scripsi μετὰ σεῖο, quod recepit Ameisius. Omnes ut videtur ἑζομέναν. Scripsi ἱζομέναν. Videnda quae Buttmannus in gramm. Gr. II. p. 202. disputavit. Odyss. X. 378. recte Passovium ἵζεο scribi iussisse credo.

64. Fugerat me et hic versus et Bionis IX. 8. quum nuper in dissertatione de arte poetarum bucolicorum p. 14. dicebam α in καλός productum sola in arsi inveniri.

66. Legebatur βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει. Posui quod et ego scribendum conieceram et G. A. Langius in Opusc. p. 115. reponi volebat, βοὰν δ' ἔτι σεῖο δοκεύει. Hic quoque vulgo ἕζετ'. Cod. Paris. et ex eo Ab. ἵζετ'.

72. Ante hunc versum facile quis videat excidisse versum huiusmodi,

αὐτὰ δὲ φθιμένοιο σέθεν μέγα πένθος ἔχουσα.

Legebatur deinde φιλέει, quod ineptum est. Scripserat Moschus ποθέει.

74. Omissum hic in ceteris libris versum intercalarem, quem desiderabat Heskinus, praebuit codex Urbinas littera i a Gaisfordio notatus.

78. Legebatur μύρεσθαι καλὸν υἷα. Scribendum esse μύρασθαι monuit Meinekius. In Iuntinae exemplo Lipsiensi urbico supra scriptum σοφόν. Non puto sic scripsisse Moschum, sed κλυτόν, quod posui. Dein vulgo πολυκλαύστοισι. Ursinus πολυκλαύτοισι. Disputavit de his formis Lobeckius ad Aiacem p. 315.

79. Duo codd. Paris. πᾶσαν δ' ἔπλησε. Unde Schaeferus πᾶσαν δὲ πλῆσαι, quod probavit Meinekius. Me, si id scriptum invenissem, in ἔπλησας mutaturum fuisse dixi in litteris ad Schaeferum datis, quas edito ab se Sophocli praemisit.

81. Restitui omissum pravo veteris scribae iudicio versum intercalarem.

83. Gaisfordius scripsit ὁ δὲ πῶμ' ἔχε, qua forma usus est Theocritus VII. 154. Altera Nicander Alex. 105. 299. qui aliis locis πῶμα usurpavit. Eo minus quidquam mutem, quum etiam Pindarus πόμα dixerit.

94. Legebatur ὕλαι. Palmerio Hylas urbem dici rato assensi sunt Brunckius et Valckenarius. Ea Homero Iliad. II. 500. Ὕλη dicta. At illinc Pindarum nemo, sed plerique Cynoscephalis oriundum tradiderunt. Unus codex C, non ille quidem antiquus, sed tamen non malus, ἄκραι, quod fortasse verum Meinekio visum Schneidewinus in vita Pindari p. LXX. confidenter verum esse pronuntiavit. Ego quidem vereor ne scriba qui illum codicem scripsit Ascram praecedente versu memoratam in mente habens peccaverit. Schneidewinus ne si attulisset quidem Polybii verba XVIII. 5. p. 870, 7. οἱ γὰρ προειρημένοι λόφοι καλοῦνται μὲν Κυνὸς κεφαλαί, τραχεῖς δ' εἰσὶ καὶ περικεκλασμένοι καὶ πρὸς ὕψος ἱκανὸν ἀνατείνοντες, vinceret ut, qui Βοιώτιδας ἄκρας diceret, de Cynoscephalis loqui videretur. Si locus aliquis Boeotiae nominandus erat, Thebae potius, quum

ipse Pindarus se Thebanum dicat, memorandae erant. Sed quidni satis sit Boeotos eum desiderare dici? Quare Βοιωτίδες ἶλαι scripsi.

95. Sic Adr. Heringa et Brunckius. Libri ἐρεννά, ἐρεμνά, et vulgati ἐρυμνά.

96. Legebatur τὸν ἀοιδόν. Wakefieldius ὅν. Deinde vulgo ἐμύρατο. C. ἐμήρατο. Wakefieldius ὀδύρατο, quod recepi dubitanter, quum nesciam an in praecedente versu praestet Ἀλκαίῳ πέρι κείρατο.

98. Vulgo τὸ μέλισμα. In fine huius versus Iuntina habet λείπει. Desunt huius strophae duo ultimi versus et proximae strophae quinque primi, quorum quum primus intercalaris esse debuerit, hunc restitui. Post v. 98. inserti a Callierga hi sex versus recepti sunt in vulgatas:

πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα βωκολιασταὶ
ἐκ Μοισᾶν, σέο πότμον ἀνακλαίοντι θανόντος·
κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν
ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι
δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει, ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἀλέντι Φιλητᾶς.

Eos quum F. Naekius ex septimo idyllio Theocriti compilatos pugnantia cum temporum rationibus continere nec potuisse a Moscho profectos esse intellexisset, plane confirmatum vidit sententiam suam testimonio quod Callierges iis praemisit: Μάρκος ὁ Μουσοῦρος ἔλεγε τοιαῦτά τινα λείπειν. Eximia illa Naekii disputatio nunc in eius Opusculorum vol. I. p. 161. seqq. legitur. Quas ille nominavit editiones in quibus adscriptum est Musuri esse versus illos, iis addenda est Mekerchi Brugis Flandrorum a. 1565. et Ursini a. 1568. Quid Moschus dixisse videretur his verbis indicavit Naekius p. 165: "tu, Bion, facile omnes poetas superavisti, princeps carminis bucolici, quo Smyrnae excelluisti: eodem apud Syracusanos Theocritus; ego vero, tertius, discipulus tuus, heresque artis tuae, carmine Ausonio parento tibi." Ego quidem vereor ut Moschus, quamvis magnus admirator magistri sui, eum omnibus poetis ipsique adeo Theocrito ita praetulisset ut huius, quem et tempore et fama principem carminis bucolici auctorem esse constaret,

tam brevem omnique praeconio destitutam mentionem faceret. Quapropter mihi Musurus non inepte de Asclepiade et Phileta videtur cogitasse, modo ne quis hos poetis bucolicis adnumeratos opinetur, veluti hoc modo: quantis tuam mortem lamentis prosequerentur illi nuper clari, si te canentem audissent, Sami Asclepiades, apud Coos autem Philetas, inter Syracusanos Theocritus. Perierunt Moschi versus post intercalarem quattuor. Im. ad v. 106. ἐκ τούτου τοῦ στίχου σημειοῦται ὅτι τὰ εἰδύλλια ταῦτα οὐκ εἰσὶ τοῦ Θεοκρίτου, ἀλλ' ἄλλου τινὸς ποιητοῦ.

108. Ald. Call. Iunt. et vulgatae ἥν τ' ἐδιδάξαο. Ab. ἥν τε διδάξαο. Scripsit Moschus ἅν τὺ διδάξαο. Im. ἦν γὰρ μαθητὴς Βίωνος οὗτος.

109. Vulgo ἄμμε γεραίρων. Emendavit Briggsius.

115. Ex editione Calliergae fluxit καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες. Ceteri libri καρτερικοὶ σοφοὶ ἄνδρες. Emendavit Briggsius, eodemque modo M. Hauptius.

118. Wakefieldius ὤν. Libri ἐν σιγᾷ.

120. Codices Ald. Iunt. τοῖς δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι. Im. βατράχοις. Probari posset τοῖς, si in praecedente versu scriberetur τὼς βάτραχος, in hoc autem ἐστίν pro ᾄδει. Meinekius scribendum coniiciebat ταῖς δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι. Non credo poetam nymphas vocibus ranarum delectatas dixisse. Ab. οὐδ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι. Poterat poeta scribere οὐδέ κε οἱ φθονέοιμι, vel οὔ οἱ ἐγὼ φθονέοιμι. Callierges τῷδ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι. Ceterum Valckenario versus 118—120. conditore huius carminis prorsus indigni atque adulterini, Meinekio satis digni visi, genuini sunt quam maxime. Poetas, nam hi sunt quos σοφούς dixit, post mortem silentio sepultos iacere dolet Moschus, quod contra semper vivat strepitus ranarum.

121. Hunc versum in libris statim excipit φάρμακον ἦλθε Βίων ποτὶ σὸν στόμα. At haec ipsa verba indicare debeban hic lacunam esse: sunt enim aperte non narrantis, sed coniicientis. Perisse autem novem versus docet comparatio stropharum. Qui a syllabarum servitio liber hoc carmen vel aliqua cum animi attentione legat, statim videat necesse est, si veneno mortuus esset Bio, aut totum carmen compositum esse mentione rei tam atrocis in fine demum carminis et veluti in trans-

cursu facta, aut ab illa ipsa mortis caussa exordium carminis capi debuisse, quo deinde, descripto tam nefando exitio, imprecationes atque exsecrationes sequerentur eius, qui Bioni venenum bibere dedisset. Quid vero dicit poeta? ἀλλὰ Δίκα κίχε πάντας, nihil amplius, idque etiam absonum per se. Quot enim hominibus opus est vel ad miscendum vel ad porrigendum venenum? Immo Moschus ipse quam nihil comperti habeat declarat eo, quod ne scit quidem invidone alicui an ipsi Bioni ταχὺν μόρον, quem v. 26. dixit, imputari oporteat. Ex his apertissimum est, quum Bio inopinato mortuus esset, Moschum, dum luget carissimi magistri obitum, postremo etiam de caussa repentinae mortis cogitare, quumque nihil certi inveniat, denique de veneno suspicari, quod ille aut dolo alicuius inimici aut suo ipsius iussu sibi datum biberit. Non habens autem Moschus quem accuset, consolatur se eo, quod si quis illi venenum dederit, non sit latiturus divinam iustitiam, quae omnes assequatur maleficos. Desinant ergo historiae litterariae scriptores inanem de morte Bionis fabulam narrare.

131. Non debebat vexari verissima librorum scriptura φάρμακον εἶδες. Vid. Iacobsium ad Antholog. Gr. vol. VII. p. 108. et quem is vol. XII. p. 428. citat Astium in Commentationibus soc. philol. Lipsiensis II. 1. p. 24.

132. Ald. τίς τευ τοῖς χείλεσι πότ' ἔδραμεν, κοὐκ ἐγλυκάνθη. Sic etiam Call. et codex i, ἔδραμε habentes. Plerique codd. et Ab. τοιούτοις χείλεσσι πόχ' ἔδραμε. οὐκ ἐγλυκάνθη. Iunt. πῶς τευ τοῖς χείλεσσι πότ' ἔδραμε. C. E. P. R. τοιούτοις, quod Brunckius recepit. Patet initium versus in antiquissimo libro obscuratum ab aliis aliter integratum esse. Posui quod veri simillimum esset.

133. Vitiose scriptus in libris finis versus, ex κεράσαιτο duorum codd. et Ab. a Brunckio in ἢ κεράσαι τοι correctus. Urs. ἢ κεράων τοι.

134. Call. Iunt. ἢ δοῦναι καλέων τοι φάρμακον ἔκφυγεν ᾠδάν. Ald. et aliquot codd. ἢ δοῦναι καλέοντι τὸ φάρμακον. Ab. ἢ δοῦναι λαλέοντι. Ac λαλέοντι et ἢ φύγεν ᾠδάν etiam aliquot codd. Maluerunt critici ineptissima excogitare quam accipere quod librorum scripturae paene obtrudunt legenti, ἢ δοῦναι

χατέοντι τὸ φάρμακον ἔκφυγεν ᾄδαν. Quis, inquit, tam ferus ut aut misceret tibi venenum aut porrigeret poscenti effugit mortem?

136. Legebatur ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῷδε, quod patienter tulerunt qui nullum verbum non Graecum esse viderent. At scribendum erat ἔτι: ego vero adhuc his lamentis queror lacrimans tuum obitum. Πένθος τόδε hoc ipsum carmen appellat, ut in versu intercalari. Δακρυχέων τεόν praebuit Iuntina. Ceteri δάκρυα καὶ τεόν.

140. Quum sic interpungerent, ὥς κεν ἴδοιμι, καί, εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις, ὡς ἂν ἀκουσαίμαν τί μελίσδεαι, Schaeferus malebat ὥς κέ σ' ἴδοιμι. At per totum carmen Moschus vocem et cantum, non vultum et adspectum Bionis desiderat. Poterat scribere ὥς κεν ἴδοιμ' εἰ καὶ Πλουτῆϊ μελίσδεις, sed neque illicitum est hyperbaton et praebet rotundiorem numerum.

141. Ald. Call. ἀλλὰ ἐπὶ κώρᾳ, a quibus solo ἀλλ' abit Iuntina. Sed Ab. et quidam codices μελίσδεο καὶ παρὰ κώραν.

143. Ald. καὶ κείνη Σικελικαῖσιν αἰτναίαισιν ἔπαιξεν ᾀόσι. Ab. καὶ κεῖνα σικελικὰ καὶ ἐν αἰτναιαισιν ἔπαιζεν. Call. καὶ κείνη σικελαῖσιν ἐν αἰτναίαισιν ἔπαιξεν. Iunt. σικελαῖς καὶ ἐν. Consentiunt in ᾀόσι, nisi quod Im. γρ. ἠϊόνεσσι. Talia etiam codices. Non eleganter Valckenarius Σικελικὰ κἀκεῖνα ἐν. Meinekius κἀκεῖνα Σικελὶς καὶ ἐν Αἰτναίοισιν ἔπαιζεν ἄγκεσι. Non videntur bucolici aliis formis quam Σικελός et Σικελικός usi esse, neque ἔπαιζεν, etsi in quinque codd. inventum, praetulerim aoristo. Ἄγγεσι quum praebuisset cod. Vindobonensis, Ruhnkenio καὶ ἐν Ἐνναίοισιν ἔπαιξεν ἄγκεσι scribenti Meinekius opposuit Oppianum in Hal. III. 489. de Plutone dicentem

Περσεφόνην ἥρπαξεν ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο.

At illo quoque in versu ἀπ' Ἐνναίοιο πάγοιο scriptum fuisse iam Phil. Cluverius suspicabatur, qui accuratissime de Enna in Siciliae antiquae II. 7. disseruit, multisque exemplis docuit Aetnam pro Enna posuisse scribas: omninoque ut in Aristotelis de mirabilibus ausc. c. 82. (aliis 83.) Ennae nomen repositum est, restituique debet etiam scholiastae Pindari ad Nem. I. 6, sic denique duo tantum nulla fide digni auctores

relinquuntur, qui ex monte Aetna raptam tradiderint Proserpinam, Hyginus fab. 146, sine dubio et ipse falsa scriptura deceptus, ut montem diceret, et glossator Oppiani, qui ad versum eius adscripsit τῆς Αἴτνης ὄρους.

147. Legebatur καὐτός.

## IV.

2. Sola Iuntina ἀχέεσσι.

6. Gaisfordius ex S. τί νυ δή με. Ceteri τί νύ μ' ὧδε.

9. Errabat Blomfieldius ad Callimachi hymn. Dianae v. 211. ibi et hic φάεσσι scribi volens, nec reputans φάεσι v. 71. illius hymni propterea producto α dictum esse quod duae breves syllabae sequuntur.

19. Huius minus simplicis verborum collocationis exempla sunt etiam v. 85. 93.

21. C. S. W. Paris. 10. Vind. ὡς δ' ὄρνις ὀδύρεται. Inde Meinekius coniiciebat μύρηται, recte veritus ne Atticum δύρηται non posuerit Moschus. Call. et Iunt. ὡς δ' ἔτ' ὀδύρεται ὄρνις. Id correctum recepi. Credo indicativo usum esse poetam, quod apud Homerum Iliad. XXIII. 222. esset

ὡς δὲ πατὴρ οὗ παιδὸς ὀδύρεται ὀστέα καίων.

23. κατ' αὐτούς est e regione.

25. Legebatur ἦ γάρ οἱ αὐτῇ. Correxit Meinekius.

27. Vulgo cum Call. φίλον τέκος. Brunckius ex coniectura φίλον γόνον, nesciens id legi in Iuntina et S. Recepit Meinekius. C. Vind. τόκον.

28. Legebatur δόμον κάτα πολλὸν ἐφοίτων. Valckenario δόμον πολλόν amplam domum interpretanti non venit in mentem domum non esse infinitam dicique non posse quod cogitari nequeat. Ne adverbium quidem hic aptum. Posui πάντη, quod in tali re usitatum est, ipsumque πάντῃ φοιτήσασα exstat Iliad. XX. 5.

29. Legebatur ὥς γ' ὄφελεν. Recte eiecit γ' Ameisius, quod non est in Paris. 10.

30. Deesse versum post hunc vidit Wakefieldius, sed quem ipse confecit sic potius scriptum dare debebat,

ἢ καὶ σοῖς ἀγανοῖσιν ὑπαὶ βελέεσσι δαμῆναι.

33. Vulgo ἡμᾶς. C. καύσαντε. Tum vulgo ἐπί et τοκῆες. Cod. Florentinus, ut videtur, ἐν. C. in margine ἐνί.

37. C. R. Call. Urs. κουροτρόφον. Iunt. et ceteri ἱπποτρόφον.

38. Suspectum habeo ἀροῦντες, ubi epicum ἀρόωντες exspectabatur, ut nesciam an poeta ἔχοντες scripserit.

43. Legebatur πολλῶν γάρ οἱ. Correxi ad Orphica p. 782.

45. In Iuntinae exemplo bibl. urbicae ad ἔχων supra scriptum ἔχεο, non male, si aut μοχθίζων scribatur aut πέτρης δ' ὅγ' ἔχει νόον.

46. Etiam si non indicium faceret imperfecta comparatio, deesse versum ostenderent alii poetae, ut Homerus Iliad. X. 13.

ἂν δ' Ἀγαμέμνων
ἵστατο δακρυχέων, ὥστε κρήνη μελάνυδρος,
ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ,

et Euripides Suppl. 80.

ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων
πολύπονος, ὡς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας
ὑγρὰ ῥέουσα σταγών.

48. Vulgo καὶ ἐκ Διὸς ἤμαθ' ὁπόσσα. C. R. W. ἤματα πάντα. Id recepit Meinekius. Neutrum credo a Moscho scriptum esse, sed aut νύκτας τε κλαίουσ' ὅσα τ' ἐκ Διὸς ἤματα πάντα, aut quod rotundius est, τά τ' ἐκ Διὸς ἤματα πάντα.

50. Quum legeretur οὐ γάρ σφε δόμων κάτα τοῖχος ἐέργει, in Opusc. V. p. 45. τοίγαρ σφε δόμον κάτα scribi volebam. Recepit δὴ γάρ scribens Meinekius. Nunc satis duxi δόμῳ scribere, addito signo interrogationis. Homerus Odyss. X. 238. κάτα συφεοῖσιν ἐέργνυ. Respondet sibi statim Megara. Crebrum illud καὶ λίην γε semper in initio sententiae est: Iliad. I. 553. VIII. 358. XIX. 408. Odyss. I. 46. IX. 477. XI. 181. XIII. 393. XVI. 37. XVII. 312.

53. Vulgo ἀναψύξαιμι. Emendatum ex codd. quibusdam.

55. S. ἄχνυται. Vulgo ἄχθεται.

56. S. υἱεῖ.

58. Libri θαλερώτερα δάκρυα μήλων. Im. παρῶν: volebat παρειῶν. Pollux II. 87. ῥινὸς δὲ ἑκατέρωθεν ἀνέστηκεν ὑπὲρ τὰς παρειὰς τὰ καλούμενα μῆλα, ἥ ἐστιν ὑποφθάλμιος φρουρὰ τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς διατειχίζοιντο εἰς ἀσφάλειαν ἄνωθεν μὲν ταῖς τῶν

ὀφρύων προβολαῖς, κάτωθεν δὲ ταῖς τῶν μήλων ἀνοχαῖς. ὠνόμασται δὲ μῆλα παρὰ τὸ ἀνθεῖν ἐν ὥρᾳ. Hoc significatu Diodorus Zonas in Anthol. Pal. IX. 556. dixit ἠρέμα φοινιχθεὶς μᾶλα παρηΐάδων. Moschus si μήλων scripsit, vix aliter defendi poterit quam ut δάκρυα μήλων θαλερώτερα proverbium fuisse statuatur. Est quidem aliqua lacrimarum cum pomis comparatio in illo apud Theocritum XIV. 38. τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι, sed ea alius generis, hoc significans: illi lacrimae tuae manant pro pomis, quae pignora sint amoris. Valde placet Wakefieldii coniectura θαλερώτερα μᾶλλον. Uberiores enim lacrimae fluunt cui recordatio commemoratioque carissimorum auxit dolorem. Quamquam eae etiam maiores lacrimae dici potuerunt.

60. C. R. W. τεκέων pro τέκνων.

63. Legebatur μετηύδα. Scripsi προςηύδα, quod restituendum puto etiam Apollonio Rhodio III. 54.

66. C. W. κέκλωνται. R. πέλονται.

68. Si recte scriptum in libris φιλοθρηνής, est id ex φιλοθρηνέω verbo factum.

69. Legebatur ὅςτις ἀριθμήσειεν ἐφ' ἡμετέροις ἀχέεσσι. θάρσει. οὐ τοιοῖςδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης. Emendavi in censura editionis Meinekianae.

70. Quod libri habent ἐκυρήσαμεν, non est epicorum. Scripsi ἐπικύρσαμεν, quod verbum rarius genitivo iungitur. Incertum exemplum est apud Apollonium Rhodium III. 342, certum in Aeschyli Persis 856.

78. Vulgo ἅς κε. C. Iunt. αἷς κε. Schaeferus in Melet. crit. p. 120. ἅς γε, contra usum epicorum; multo peius autem in editione bucolicorum vulgatum ἅς κε— ὀμόσσῃ defendit. Optativum restituit Brunckius. Nempe δυςμενέων non est genitivus ex δυςμενής, sed nominativus: v. Odyss. II. 72. 73. XX. 314. Alioqui falsum esset κε. Nam sententia haec est: per quas qui inimica mente sit non sine magno suo malo peieret.

80. Addidi μ'. Aliter ex ἴστω Κούρη subintelligendum esset ὄμνυμι, quod durum est. Pro ἢ εἴπερ μοι autem posui ἠέπερ εἴ μοι. Νηδυιόφιν restituit Valckenarius ex Iliad. XVII. 523.

ἐκ δέ οἱ ἔγχος
νηδυίοισι μάλ' ὦκα κραδαινόμενον λύε γυῖα.

83. Vulgo τῷ μηδ' ἐξείπῃς τόγ'. C. W. τότ'. S. τῶ μή μ' ἐξείπῃς ποτ'.

85. Edd. vett. οὐθὲν γάρ. S. οὐθ' ὡς γάρ. W. οὐθήν. Ex quo Meinekius scribendum coniecit οὐ γὰρ θήν, quod recepi.

87. Legebatur πρὶν καίπερ τ' ἰδέειν μιν ἐμῷ ὑπὸ ἤπατ' ἔχουσα, male collocatis particulis, malo cum hiatu, mala cum elisione.

89. S. δυςτοκέσουσα pro vulgato δυςτοκέσασα. Unde Meinekius δυςτοκέουσα scribendum censuit.

90. Senserat Valckenarius νῦν δέ μοι οἴχεται οἶος, quae librorum scriptura est, pugnare cum sequentibus, ex quibus apparet etiam Iphiclem cum Hercule abisse: sed quod restitui voluit υἱός, falsam continet distinctionem, ubi οὗτος dicendum erat. Videtur Moschus Iphiclem in pugna cum Augia caesum credidisse, de qua re Pausanias VIII. 14, 9. Alii in bello adversus Hippocoontidas cecidisse dixerunt, ut Diodorus Siculus IV. 33. et Apollodorus II. 7, 3.

91. Iuntina αὖτις praebuit. C. S. W. Call. αὐτόν.

95. Libri μή μοί τι τέκνοις ἀποθύμιον ἔρδοι. Modum verbi correxit Schaeferus, non ipsum verbum. At somnia non faciunt malum, sed portendunt.

100. S. Urs. ἄτερ. Vulgo ἄνευ.

102. S. οἰνοφόροιο.

103. S. σπεῦδεν ἐρείσας.

108. Meinekius ex S. βέλος pro vulgato μένος.

119. Qui προτέρην cum στυγερήν vel κρατερήν commutari voluerunt, non cogitarunt reverentiam dici prius seni habitam.

123. Meinekius ex S. φαίνετο δῖα pro vulgato φαίδιμος ἦλθεν, in quo sane non usitatum aurorae epitheton est, quae φαινολίς potius dicitur, ut in Homerico hymno Cereris et versu quodam Sapphonis.

127. Scripsi cum Meinekio divisim παρὲκ τελέσειε.

## V.

Stobaeus LIX. 19. ἐκ τῶν Μόσχου βουκολικῶν.

2. Legebatur οὐδέ τι μοῖσα. Emendavit Simon Bosius apud Lambinum ad Lucretium p. 688.

3. Apud Stobaeum erat ποθείη δὲ πολὺ πλέονα μεγάλαν ἅλα. A. Voss. Vind. ποθίη, in Voss. ει super η scripto. Trinc. ποθίῃ. B. ποθεώ. Deinde A. πλέονα μεγάλαν ἅλα. B. πλείονα τὰν ἅλα μώσης. Quod ego aliquando conieceram, ποθέει δὲ πολὺ πλέον ἅ με γαλάνα, recepit Ameisius ita, ut cum O. Schneidero in Museo Rhenano a. 1844. p. 631. scriberet ποθίει. At vero non προςιέναι, sed προςάγειν dicenda erat γαλήνη: unde H. Stephanus dederat ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα. Sed horum nihil probari potest, quod quae in his sententia est, iam dicta erat primis versibus. Latere in postremis verbis μέγα λαῖτμα suspicatus erat Romanus Timkovsky, Moscoviensis, quum ante hos quadraginta annos mecum legeret hoc carmen. Ut in re dubia posui quod sententiam certe aptam praeberet. De ποθινός forma dixi ad Euripidis Phoen. 322. Πολὺ πλεῖον eodem versus loco est in primo Moschi carmine v. 22.

5. B. dedit μακρά, quae vox in Trinc. et, ut videtur, in A. deest, unde vacuum spatium reliquit Ursinus.

6. Legebatur παπταίνω et τὰν δ' ἅλα φεύγω. Quum Trinc. habeat παπταίνων, Valckenarius scribi posse τὰν ἅλα φεύγω monuit. Id feci, quia sic commodius qui sequitur versus adiungitur

7. Legebatur τάχα δ' ἄσκιος. H. Stephanus τάχα δ' εὔσκιος, sed in adnotatione χἀ δάσκιος, ut postea Fr. V. Reizius.

10. Quod in libris est ἰχθύς, quum iam alii in ἰχθύες mutandum vidissent, metri bucolici observatione copiose firmavit Wordsworthius in praefatione Theocriti p. 23.

13. Trinc. τὸν ἀγροῖχ'. A. Ars. Voss. ἀγροῖχον. Vind. ἄγροιχον. Nihili est quod posuerunt quidam ἀγρικόν aut ἄγριον. Sententiae accommodatum esset τὸν ἄγχιμον: grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 340, 24. ἄγχιμος ἀντὶ τοῦ πλησίου. Εὐριπίδης,

ἀλλ' ἄγχιμος γὰρ ἦλθε Φοιβεία γυνή.

Sed non est cur ad rara confugiamus, quum in promptu sit quod simplicius est, τὸν ἀγχόθι κοὐχὶ ταράσσει.

## VI.

Stobaeus LXIII. 29. ἐκ τῶν Μόσχου τοῦ Σικελιώτου βουκολικῶν.

1. Libri ἦρα Πάν. Meinekio placet ἤρατο. At variare videtur verba voluisse poeta.

2. Trinc. σκιρτᾶ. B. σκιρτατᾶ.

4. Libri ἀμοιβᾷ. Veri similius duxi poetam ἀμοιβά scripsisse.

6. Trinc. ἄποινα. A. B. ἃ ποίη. Voss. et Ursin. ἃ ποίει.

## VII.

Stobaeus LXIV. 19. ἐν τῶν Μόσχου Σικελιώτου βουκολικῶν.

4. Vir quidam doctus apud Valckenarium ὑββαίνει.

6. Libri κῶρος δεινοθέτας. Idem vir doctus scribi volebat κῶρος ἀγωνοθέτας, quod Valckenario aptissimum videbatur, addenti quidem "dantur tamen in Socraticis, quibus vulgatum quis tueri possit." In iis certe quae ex Platone Stobaeus collegit, nihil eiusmodi inveni. Desideratur autem copula, latuitque gravius vitium. Nam κῶρος quid ad rem? Est hoc sine dubio supplementum versus mendose scripti. Debebat enim δεινὸς δ' ἀθλοθέτας.

## VIII.

Ex Anthologia Planudea IV. 12, 49. sive epigr. 200.

5. Πλῆσον, quod olim πρῆσον scriptum fuerat, Valckenario obsecutus Brunckius, mutua enim comitate utebantur, cum βρέξον commutavit. Refutavit eum Schaeferus in Melet. crit. p. 36.

---

# ΟΑΡΙΣΤΥΣ.

Carmen hoc primus edidit Zacharias Callierges Romae a. 1516. cum ceteris bucolicis. Qui quum in praefatione dicat non ante vulgata se addidisse Ἡρακλίσκον, Ἡρακλῆν λεοντοφόνον, Βάκχας, ἠλακάτην, παιδικά, Δάφνιδος καὶ κόρης ὀαριστύν, ἐπιγράμματα ἐννεακαίδεκα, πέλεκυν, πτερύγιον, videri potest non vera dixisse, quod eadem in editione Iuntina leguntur. Nam Callierges in

fine alterius partis, quae scholia continet, opus suum absolutum esse ait mensis Ianuarii die 15. anno 1516. Iuntina autem, cuius ego exemplari eo usus sum, quod apud nos in bibliotheca urbica est, carens titulo anteriore et praefatione, finem imprimendi nacta dicitur die 10. m. Ianuarii a. 1515. Verum quum ex his ipsis temporum notationibus, tum ex aliis indiciis suspicio mihi nata est, Philippum Iuntam illa quae dixi carmina ex Calliergae editione in suam transtulisse tam callide, ut ipse ea primus vulgasse videretur. Primum enim ex iis, quae de illa editione I. A. Iacobsius in praefatione p. XXII. attulit, apparet Iuntam stilo Florentino tempus ab incarnatione computasse, ex quo consequitur editionem eius absolutam esse eodem anno quo Callierges librum suum edidit, h. e. 1516, eodemque etiam mense. Deinde quo dissimularet fraudem carmina illa alio ordine posuit quam Callierges, et partim etiam aliter inscripta. Quoniam perrara eius editionis exempla sunt, comparationem eius cum Calliergae libro hic lectoribus ante oculos posui.

| Callierges in fine libri | Editio Iuntina in medio volumine |
|---|---|
| Θεοκρίτου Ἡρακλίσκος εἰδύλλιον λά. In fine: λείπει τὸ τέλος τοῦ παρόντος εἰδυλλίου, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ ἑπομένου. ὅπερ ἐξανύει ἐπιγράφεσθαι Ἡρακλῆς λεοντοφόνος. Tum duae vacuae paginae, quarum in alterius summa parte Ἡρακλῆς λεοντοφόνος, εἰδύλλιον λβ΄. | Θεοκρίτου Ἡρακλίσκος. In fine ἀτελές. |
| | Europa. |
| | Παιδικά. In fine ἀτελές. Constat enim ut apud Calliergam versibus 25. |
| Θεοκρίτου Ληναι ἢ Βάκχαι, Δωρίδι. εἰδύλλιον λγ΄. | Θεοκρίτου Βάκχαι. |
| Θεοκρίτου ἠλακάτα. εἰδύλλιον λδ΄. | Θεοκρίτου Δάφνιδος καὶ Νηΐδος ὀαριστύς. λείπει ἡ ἀρχή. Naidem sumpsit ex idyllio VIII. v. ult. Itaque personas notavit litteris N. Δ. Sub ultimi versus initio posuit ἤϊε, quod Callierges sub medio illo versu habet. |
| Θεοκρίτου παιδικά. εἰδύλλιον λε΄. | Θεοκρίτου ἠλακάτα Αἰολίδι. |
| Θεοκρίτου Δάφνιδος καί κόρης ὀαριστύς. εἰδύλλιον λδ. sic, falso numero. | Megara |

Θεοκρίτου Συρακουσίου ἐπιγράμματα. Ea non sunt 19, sed 20. Non addidit enim numero ultimum, Artemidori, sed inscriptum Θεοκρίτου εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον, fortasse quod id iam cum eadem inscriptione in principio libri inter praefationes grammaticorum posuerat. In fine Τέλος. Tum περὶ πελέκεως scholion.

Θεοκρίτου πέλεκυς. Deinde περὶ τοῦ πτερυγίου scholion.

Θεοκρίτου πτερύγιον.

Ara sine inscriptione. Subiecta est haec adnotatio: τὸν Θεοκρίτου πέλεκυν, τὸ πτερύγιον καὶ τὸ ἑξῆς τὸ ἄνευ ἐπιγραφῆς, μὴ ἔχοντες δεύτερον ἀντίγραφον, οὐκ ἐδυνήθημεν κάλλιον ἐπιδιορθῶσαι. διό μοι καὶ συγγνωστέον. ἓν γὰρ καὶ μόνον τῶν ἀντιγράφων ταῦτα εἶχεν. ἅτινα κάλλιον ἐνομίσαμεν τοῖα οἷα ἦσαν τυπῶσαι, ἢ ἐᾶσαι εἰς λήθην κατολισθεῖν.

Αὐγείου κλῆρος, qui Calliergae est Ἡρακλῆς λεοντοφόνος.

Sequuntur octo carmina Theocriti, Bionis, Moschi.

Ἐπιγράμματα, quorum illud, quod Calliergae octavum est, in Iuntina est tertium decimum, quaeque apud Calliergam duodevicesimum et undevicesimum, contrario ordine sunt in Iuntina. Omissum autem, quia in primae libri pagina appositum erat, Artemidori grammatici epigramma, quod Calliergae ultimum est, sed additum est, ut septimum decimum, illud quod in Hipponactem scriptum non habet Callierges. Sic Iuntina quoque viginti habet epigrammata.

Ἦχημα Μουσῶν ἢ Θεοκρίτου συρίγξ. Τῷ Πανί.

Πτερύγιον. In hoc quaedam emendatiora quam apud Calliergam, alia mutila et vitiosiora, ut et hoc et syrinx videantur ex alio codice quam quo Callierges usus est sumpta esse, praesertim quum securis et ara, quae carmina Callierges habet, non sint in Iuntina.

Ordinem numerosque idylliorum in editione Iuntina spectanti mira perturbatio occurrit, quae vix aliter poterit explicari, quam ut Iunta sub ipsa operis initia libro Calliergae potitus esse videatur. Nam postquam primi Theocriti idyllii inscriptionem

litteris maiusculis ut omnium fecisset hanc, Θεοκρίτου βουκολικά, Θύρσις ἢ ᾠδή, εἰδύλλιον πρῶτον, illud quod ubique secundum est, hoc modo inscriptum est ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ. ΔΩΡΙΔΙ ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ. Β., sed est decimum tertium, secundo autem loco positum τῶν εἰς Κομάταν θαλύσια. ἢ ἐαρινῶν. Δωρίδι. ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ β'. sic notato numero. Deinde sequuntur sex idyllia nullo cum numero: tum ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ. Κ. ἐργατῖναι ἢ θερισταί: inde sine numeris tria: post φαρμακεύτριαν autem rursus tria numeris Ξ. Ο. Π: tum ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ Ρ. ἐγκώμιον εἰς Πτολεμαῖον. ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ. Σ. Ἑλένης ἐπιθαλάμιος. Δωρίδι: porro duo numeris carentia, tum Europa ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ. Υ. ceteraque omnia sine numeris. Quid hinc aliud coniiciat quis, quam coepisse eum, ut in editione Aldina factum, litterarum ordinem in numerandis idyllis sequi, quumque litteras Β. Κ. Ξ. Ο. Π. Ρ. Σ. Υ. secundo, decimo, quarto decimo, quinto decimo, sexto decimo, septimo decimo, duodevicesimo, vicesimo apposuisset, vel potius in his idylliis non sustulisset, mutasse ordinem et Θαλύσια fecisse secundum adiecta nota numerali β'. Quid dico autem? non est haec coniectura, sed certa res, si alia exemplaria cum urbico nostro conveniunt: nam in hoc tria illa folia, quibus Θαλύσια ut εἰδύλλιον β continentur, glutine a bibliopego inserta sunt secundo quaternioni. Denique illud quoque suspectum est, quod quum multa apud Calliergam vitiose scripta in Iuntina emendata sint, pauca tamen quibus discrepat haec a Calliergae libro talia sunt ut ex aliquo codi cepetita videantur, nonnulla vero qualia quis fraudis dissimulandae caussa cum aliis significatione paribus commutare potuerit, ut in hoc Daphnidis cum virgine colloquio v. 8. ὥς σε pro ὄφρα, ut v. 49. 50. βόσκοισθε et νέμοισθε pro imperativis, et v. 54. ἔτρεσας pro ἔτρεμες.

Codices qui hoc carmen habeant duo tantum innotuerunt, Mediolanensis C. et Parisinus quartus, quem quum Ameisius, qui eius scripturas a Duebnero acceperat, ubique cum Mediolanensi convenire testetur p. XXIII. a. nota 4, exscriptus esse ex Mediolanensi videtur: quare nullam eius amplius mentionem faciam. Personarum discrimina in Mediolanensi non sunt indicata. Iuntina recte ante primum versum posuit λείπει ἡ ἀρχή: recte etiam primum versum virgini, alterum Daphnidi dedit, qui

apud Calliergam ambo notatione personae carent. Quum omnino non est credibile poetam carmen in medio colloquio esse exorsum, tum ineptissime virginem fecisset confabulationem incipere: immo ut in fine carminis ipse aliquot versus addidit, sic non dubium puto quin etiam initio quaedam praefatus sit, ex quibus auditor vel lector cognosceret quid rei ageretur. Finxerat ille, opinor, Daphnin primo caute adire ad virginem, quam ad venerem pellicere cupiebat: qui quum eo pervenisset ut osculum peteret, illa id recusat ut metuens sibi ab homine pastore. Unde dicit

τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος.

Quo in versu etsi nihil est quod non sit recte dictum, tamen magis ille placeret sic scriptus,

τὰν πινυτὰν Ἑλέναν πάρος ὤπασε βωκόλος ἄλλος.

Respondet Daphnis proximo versu, qui sic in vulgatis scriptus est, μᾶλλον ἔμ' ἥδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα. At codex habet μᾶλλον ἐδοῖς Ἑλένα. Apertum est poetam scribere non potuisse ἐστὶ φιλεῦσα: nec tam importune lusit, ut scriberet μᾶλλον ἑλοῖσ' Ἑλένα, quod quibusdam visus est posuisse. Refutabat Daphnis virginem: hinc recte H. L. Ahrens ἑκοῖσα correxit: sed scribendum erat etiam ἔσχε. Nunc si responderet quod in libris est, μὴ καυχῶ σατυρίσκε· κενὸν τὸ φίλαμα λέγουσιν, neque erat cur Daphnin satyriscum vocaret, et videretur potius invitare Daphnin ad osculandum. Id vero refellunt proximi versus, quibus aegerrime fert aut ferre se simulat, quod eam osculatus sit Daphnis. At id eum fecisse indicari debebat: quod quum non sit factum, sequitur ut desit aliquid. Atqui non deest, si recte sentio, sed positum est alio loco, et quidem eo quo aperte turbat ordinem colloquii, in codice ante versum qui vulgo est 17.

βαλλέτω ὡς ἐθέλει· πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγοι,

in impressis post eum versum, his verbis,

μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμύξω.

Patet priorem versus partem virginis, Daphnidis autem alteram esse, in qua Stephanus scribendum suspicabatur ἀμέλξω, quod verum videtur. Quod nisi per totum carmen observata videretur integrorum versuum alternatio, facile credi posset, hic, ut

in re subita, virginem, quum Daphnis eam amplectitur dicere μὴ 'πιβάλῃς τὰν χεῖρα, illum autem iterum iterumque basiantem respondere καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμέλξω. Sed veri tamen similius est habere nos distichi initium et finem, perdita utriusque versus parte dimidia. Videtur enim in antiquissimo codice, ac fortasse eo ipso, ex quo descriptus est liber Mediolanensis, initium carminis aut abruptum fuisse, aut lacerato folio exstinctaque situ scriptura legi non potuisse, ita ut ista quae dixi verba in margine adscripta, quum quo pertinerent non esset indicatum, postea alieno loco insererentur. Sic omnia recte procedunt. Videmus osculari conantem Daphnin, virginem reluctantem, illum vi ingerentem oscula, tum virginem vanum esse osculum nec tanti ut eo glorietur Daphnis dicentem, sed abstergentem tamen os et despuentem. Ita ordinato colloquio simul occurritur dubitationi aliter inexplicabili. Mirum enim videatur necesse est, quo modo virgo, cui ne nomen quidem Daphnidis notum est, dicere possit καὶ πρίν με παρήπαφες ἀδέϊ μύθῳ: quod patet quam ineptum esset, si ad rem alio tempore quam hac ipsa in confabulatione actam spectaret. Iam vero hoc illam in mente habere patet, quod ei Daphnis blandis sermonibus auscultanti de improviso oscula rapuerit.

5. C. omittit μή.

7. Callierges καὶ ἀποπτύω τὸ φίλημα. Iunt. καὶ ἀποπλύνω τὸ φίλαμα. Saepe numero in hoc idyllio libri vulgares formas praebent: quas ubi codex habeat indicavit Zieglerus ad v. 11. Brunckius in restituendis Doricis modum excessit. Hic quidem codex φίλαμα. Quoniam dubitari potest utrum hoc carmen Dorica an Ionica epicorum dialecto scriptum sit, omnia notanda duxi, quibus inter se codex et editiones Calliergae ac Iuntina discrepant.

9. Iuntina κώρην.

10. Omnes ἥβη.

11. Vulgo cum Iuntina ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται. Callierges omisit οὐ. Codex, ut Gaisfordius notavit, ἀστάφυλις, de quo nihil Zieglerus. In usu olim fuisse ἀσταφυλίς videbatur Koenio ad Greg. Cor. p. 454 = 214. Si hic versus Daphnidis esset, cui eum recte a Callierga tributum Hemsterhusius, et qui καλὸν ῥόδον αὖον ὀλεῖται scribi volebat

Is. Vossius censuerunt, non solum et ante eum et post eum versus excidisse deberet, sed etiam repeteret Daphnis quae iam v. 10. dixerat. Quamquam autem nimium breves flores amoenae rosae in proverbio sunt, ut apud Theocritum XXIII. 28.

καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει,

et apud Diogenianum VIII. 2.

ῥόδον παρελθὸν μηκέτι ζήτει πάλιν,

et in Anthol. Pal. XI. 53.

τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον, ἢν δὲ παρέλθῃς,
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον,

tamen hoc loco, ubi coarguere Daphnin vult virgo, hoc eam dicere necesse est, uvam etiam quum passa est servare dulcedinem, rosamque etiam quum exaruit spirare in vino; in unguentis, in vestimentis, quibus folia eius immixta sunt. Prior pars versus clarius sententiam redderet sic scripta, ἐκ σταφυλᾶς σταφίς ἐστι. Itaque nescio an praestet scribere ἃ σταφυλίς, scilicet ἦν, σταφίς ἐστι.

12. Codex et Call. κοτίνους. Iunt. κοτίνας.

13. Omnes ἡδέϊ.

15. Omnes τὴν σαυτοῦ et ἀρέσκῃ. Deinde Call. Iunt. οἴζυον. Codex οἰζυορεεν. Ex hoc loco ὀΐζυος in Parisinum Thesaurum Stephani receptum non puto Graecum vocabulum esse. Valckenarius suo exemplari Hesychii adscripsit "οἰζυος ap. Clem. Al. p. 727, 13". Ibi nihil inveni. Etsi mallem scriptum esse ἐμοὶ σέθεν οὐδὲν ἀρέσκει, tamen satis habui accentum mutare, ut ὀϊζύον esset participium.

16. Inepte legebatur φεῦ φεῦ τᾶς Παφίης χόλον ἅζεο καὶ σύγε κώρα. Scripsi καὶ στέγε, ut diceret, verere iram Veneris et arce. Codex, ut videtur, τᾶς Παφίας.

19. Legebatur σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις. Sic Callierges. Sed Iuntina cum duplici accentu ἀείρεῖς. Codex ἀεῖρες, ut Zieglerus notavit: Gaisfordius αειρες. Non est animadversum quod est apertissimum, poetam scripsisse τὸ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀτειρές.

20. 21. Hi versus positi erant post v. 17. Suum iis locum evidentissime vindicavit M. Hauptius in Museo Rhenano 1845. II. p. 276. Codex καὶ ἐς λίνον ἄκλυτον ἔνθῃς, quam formam praebet etiam v. 35. Call. ἄκλιτον ἔλθῃς. Iunt. ἄλλυτον ἔλθῃς.

21. Codex ὡς ἐθέλῃς. Call. Iunt. ὡς ἐθέλεις. Iunt. ὡς ἐθέλοι.

22. Codex κακῷ ἀνέρι δώσω. Call. Iunt. κακωτέρῳ ἀνέρι δώσῃ. Schaeferus δώσει.

23. Codex πολλοί μευ̃ μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἀείδει. Call. Iunt. et ut videtur codex Parisinus πολλοί με μνώοντο. Eaedem edd. οὔτις ἕαδε. Unde ἀείδει ortum dicam non habeo, nisi forte error scribae est ad ἀεῖρες v. 19. aberrantis. Quod Zieglerus proposuit ἔπειθεν, ita omnes numeros implet, ut vix videatur dubitari posse quin id poeta scripserit.

24. Omnes μνηστήρ.

25. Codex et Call. ἀνίας. Iunt. ἀνίαις.

26. Omnes ἑδύνην et χορείην.

29. Omnes Εἰλειθυίης.

30. Omnes τεή.

31. Codex omittit μή.

34. Call. Iunt. ἑξεῖς.

35. Omnes ἀέκουσαν. Codex ἀπένθῃς. Call. Iunt. ἀπέλθῃς

36. Libri οὐ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα. Emendavit Schaeferus. Legebatur καὶ ἥν κ' ἐθέλῃς, quod etsi scio defendi posse, tamen καὶ ἥν γ' ἐθέλῃς scripsi.

37. Iuntina in utroque hemistichio τευχεῖς, et v. seq. τευχῶ. Omnes utroque in versu θαλάμους.

38. Codex σου, omittens δέ. Recte Schaeferus καλὰ νομεύω iungenda esse monuit, ut v. 50. est καλὰ νέμεσθε.

39. Codex et Iunt. τίνα κεν. Call. τίνα μέν. Scripsi μάν.

41. Codex καὶ ὤνομα.

42. Codex Λυκάδας τέκε et Νομαίας, ut Gaisfordius notavit. Zieglerus solum Λ. posuit, ediditque Νομαίη, ut hoc codex habere videatur.

44. Codex οὐδ' ἄκρα τιμήεσσι. Call. Iunt. οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα. Emendavit primus Gerhardus in Lectionibus Apollon. p. 14. et postea etiam Briggsius. Iunt. πατὴρ δέ μι' ἐστί. Post hunc versum omissi distichi signa posui. Nam non solum consuetudini poetarum ipsique adeo rationi repugnaretur, si, quum iuvenis suum parentumque suorum nomina edidisset, solus pater virginis nominaretur, ipsius autem virginis et matris nomina reticerentur, sed etiam ipsum carmen v. 39. luculentum praebet

omissionis indicium, quum virgo patris tantum, cui rem aperire vereatur, non etiam matris, quam praecipue memorare debebat, mentionem faciat. Ex quo non dubie apparet, in iis qui desunt versibus et virginis et matris nomina fuisse, sed matrem dictam esse iam inter mortuos versari, idque confirmatur eo, quod pater senex esse dicitur.

47. Codex ἔθον ἄλσος, omittens αὖλις. Call. Iunt. ἔθεν. Omnes ὅπῃ.

48. Iunt. κυπάριττοι.

49. Codex et Call. βόσκεσθε· τὰ βωκόλα. Iunt. βόσκοισθε. τὰ βωκόλω.

50. Codex et Call. νέμεσθε. Iunt. νέμοισθε. Codex ἵν' ἄλσεα παρθένῳ δείξω. Call. Iunt. ἵν' ἄλσεα παρθένι δείξω. Postea scribi coeptum νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω. Versuum 49. 50. unam eamdemque formam esse debere nemo non assentietur Hemsterhusio; non erat autem in priore ἵνα βωκόλω ἔργα νοήσω scribendum, sed in altero τὰ παρθένῳ ἄλσεα δείξω. In utroque coniunctivus eo est modo positus, quem olim subintellecto ἵνα explicare solebant. Articulus interposito vocabulo ab pronomine disiunctus saepius apud huius aevi poetas invenitur. Theocritus X. 34, si recte emendavi, τὼς τὺ μὲν αὖλος ἔχοισα. XVI. 4. οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες, et apud Moschum VII. 6. ἁ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα. Callimachus, ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος, τὴν οἱ φασὶ τεκόντες εὐναίους ὀαρισμοὺς ἔχθειν ἴσον ὀλέθρῳ. Theognis 575. 813. 861. οἵ με φίλοι προδιδοῦσι.

52. Codex πράτιστα. Vulgo μάλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω. Quae critici coniecerunt magis etiam inficeta sunt quam si Daphnis responderet ἅψομαι τῶν μαζῶν. Scripsi διδαχθῶ. Bonus Wordsworthius nec praecedentem nec sequentem versum videns vidit hic Daphnin poma virgini dono ferentem.

53. Omnes τεήν.

54. Iuntina ἔτρεσας. Pro δειλά codex διά.

56. Omnes σοὺς πέπλους.

57. Omnes καὶ τὰν μικρὰν ἀπέστιχες. Emendavit Scaliger.

58. Codex πράτιστον. Call. Iunt. πρώτιστον.

60. Omnes ἀλλήλαις. Codex καλέουσι, ut Zieglerus notavit, καλέσουσι, ut Gaisfordius. Call. λαλέουσι. Iunt. λαλέοντι et κυπάριττοι.

61. Hic versus deest in codice. Unde ergo sumptus est? Nempe fecit eum Callierges, satis probabiliter quod ad sententiam attinet. Dedit autem ille τάμπέχονον ποίησας ἐμὸν ῥάγος· εἰμὶ δὲ γυμνά. Sic etiam Iuntina, sed ῥάκος exhibens. Constructionis vitium sustulisse putabatur Schaeferus, qui ἐμοί scripsit. Id quidem hic μοι esse debebat. Quum codex in versu qui sequitur omisso ἄλλην habeat τάμπεχόνην, apparet unde Callierges suum τάμπέχονον sumpserit.

62. Codex τάμπεχόνην, omittens ἄλλην, consentiens in τῆς σῆς cum Call. Iunt. qui ἄλλην ἀμπεχόνην. Miror μείζονα: maior enim potest vilior esse, ut potius ἀμείνονα vel κρέσσονα exspectetur. Sed lubricum est de vestibus mulierum iudicare: cogitari enim potest aut longiores aut ampliores magis esse laudatas.

64. Codex ἐπιβάλλω.

65. Daphnidi tribuens Callierges pessima coniectura, σὺ δ' ἔγημας, κοὐκέτι πιστή. Codex σοι ἔρημας οὐκέτι πιστή. Iuntina σὴ ἐρημιὰς οὐκ ἔτι πιστή. Si σή recte coniectum esset, transferri deberet carmen in communem dialectum epicorum, quia Dorice scribens poeta non positurus erat σά post νεμέσα. Exspectatur nomen quod ministram, cultricem, vel simile quid significet, ut σὴ ὑπηρέτις οὐκέτι πιστή. Lobeckio in Pathol. proleg. p. 466. quaerendum videbatur nomen proprium, quale Ἐρωτιάς aut Ἀρητιάς. Si ita est, abstinendum a coniectando erit, siquidem nomen virginis cum versibus 45. 46. periit. Litteras quae sunt in codice intuenti, σοιερημας, proximum videri potest σοῖς ῥήμασιν, quum ιν compendio superne adscribi soleat. Sed σοῖς certe non credo poetam scripsisse, quum numeri σέο commendarent. Itaque ut aliquid tamen ponerem, quod saltem non sensu careret, scripsi μὴ νεμέσα σέο ῥήμασιν οὐκ ἔτι πιστᾷ, id ut esset, ne succenseas praeceptis tuis non amplius fideli.

66. Codex ῥέζω. Idem et Iunt. αὐτᾷ. Call. αὐτά. Toupius αὐτάν. Iunt. βοῦν.

67. Omnes βέβηκα, γυνή. Call. Iunt. ἀφερψῶ. Codex ἀφέρπη.

68. Omnes γυνὴ μήτηρ.

69. Codex χλωροῖσιν.

70. Codex ἀνίστα. Omnes εὐνή.

71. Omnes χῇ μὲν ἀνεγρομένη. Codex et Iunt. interponunt γε, quod Callierges non habet, inter ἀνεγρομένη et διέστιχε. Scripsi σῖγ' ἔστιχε. Iunt. μῆλα.

72. Codex αἰδόμενοι. Call. Iunt. αἰδομένη. Scripsi αἰδομένοις. Omnes κραδίη.

Sub medio hoc versu Callierges posuit ἤϊε, Iuntina sub eius initio, quasi eo verbo incepisset versus non expletus. In codice est κίεν, tum autem hi scribae alicuius versiculi

δέχνυσο τὰν σύριγγα τεῶν πάλιν ὄλβιε ποιμάν,
τῶν καὶ ποιμαγνίων ἑτέρην σκεψώμεθα μόλπαν.

---

# INDEX.


ἄγχιμος 85.
ἀείρασθαι μισθόν 62.
ἀμφιδινεῖσθαι 67.
ἀμφιθέειν 69.
ἀσταφυλίς 91.
δείκανα 56.
δέρη, δέρις 69.
ἕεισθα 63.
ἐκχεῖν δάκρυα 52 seq.
ἐπικυρεῖν τινος 83.
ἐπιμαίεσθαι 61.
ἔχεισθα 63.
ἠσί 63.
ἰδεῖν φάρμακον 79.
ἵζομαι 75.
καὶ λίην γε 82.
καλός trochaeus 75.
Κερκεσύρα 56.
κρίνησι 54.
μῆλα genae 82.
ὀΐζυος 92.
ποθινός 85.
πόμα, πῶμα 76.
ῥυσαίνεσθαι 51.
Σικελός, Σικελικός 80.
ὑπόμαζος 51.
φάος. φάεσι 81.
φορέησι 54.

Achillis nomen inter virgines 56.
Aldina editio bucolicorum 73.
articuli collocatio 94.
Calliergae editio bucolicorum 86.
Enna et Aetna permutata 80.
Iasensis puer 73.
Iphiclis mors 84.
Iuntinae editio bucolicorum 86.
lacrimarum cum pomis comparatio 83.
Memnonides aves 74.
Pindari patria 76.
rosae brevis flos in proverbio 92.
stropharum in carminibus bucolicis ratio 46 seqq. 72.

Apollonius Rhodius (III. 58.) 83.
Calpurnius (ecl. IV.) 46.
Homerus (Od. X. 378.) 75.
Ptolemaeus Hephaestio 56.
Theocritus (II. 34. IV. 11. VIII 88. XXVII. 24.) 64. (XXV. 46.) 54.
Virgilius (ecl. VIII.) 46 seqq.


---

Lipsiae impressit F. A. Brockhaus.